Det sibi, queso, Deus, Summi regnator Olympi,
Aeternam requiem perpetuumque bonum,
Ac sua dignetur peccata remittere clemens,
Qui patrem et matrem nos coluisse iubet.

v. 827. numquam] nunquam *B* — vv. 829-836. Ex quo.... bonas *om. A; in B C sono nel cap. XI, dopo il v. 804* — v. 832. liquit] *in B segue* vir *cancellato* — v. 837. Inueni] *in A precede cancellato* Illic - in.... taglatum] *in A è scritto fra linee su* Guidetum *cancellato* - taglatum] tagliatum *B* Mur. - forte] *in A segue* tagla *cancellato* — v. 845. cui.... propinqua] *in A è scritto fra le linee, su* quam iam peperisse putabat *parole cancellate; in B* cui *è scritto fra le linee, su* qui *cancellato* — v. 850. luce] *in A segue* q *cancellato* — v. 854. metum] *in A è scritto fra le linee, su* pater *sottolineato* — v. 855. patris! *om. punto esclamativo B* — v. 858. aget? *om. punto interrogativo* Mur. — v. 859. meretur] *aggiunge punto interrogativo* Mur.

[1] Il nome di questo Guido Tagliato non compare mai negli *Ordinati* di quegli anni dell'Archivio comunale di Poirino; non possiamo perciò sapere nulla di lui.

Ergo ego, mandatis solitus parere paternis,
Jui Cargnanum, iussit vt ipse pater.
Cargnani nostrae Coniunx erat ille sororis,
Astensi causa pulsus ab vrbe pari.
Hunc apud ipse duos consumpsi hoc tempore menses,
Ante pater quam me vellet adire domum.
Quum tamen interea cuperem non perdere tempus,
Quo debet nobis carius esse nihil,
Lucanum tanto studio percurrere cepi,
Quem mea mens nunquam legerat ante librum,
Vt cupide imbiberim tam paruo tempore totum:
Exemplum hinc, doctus qui cupis esse, cape.
Postquam ingens hiemis, viguit quod frigus in illo
Anno, peruenit, strinxit et orbis aquas,
(Illo nanque anno quo tu, carissime frater,
Natus es in villa, mi Nicolae, noua [1],
Non tantum Patriae fossas et flumina parua,
Sed Tanagrum glacie frigida clausit hiems) [2];
Astensi tandem sedata est pestis in vrbe,
Sedata in villa pestis et ipsa noua.
Tunc ex Cargnano noster me acciuit ad ipsum,
Atque nouam villam iussit adire pater;
Jn qua me secum Natalia fecit adusque
Festa Jesu gratam ducere deinde moram,
Precipue matris precibus, quae tempore longo
Non me iudicio viderat ante suo.
Hic ne frustra essem, mihi mense Terentius vno
Perlectus studio tam vigilante fuit,
Vt nihil vlla eius tractet Comedia libri
Quin fixum menti dixeris esse meae.

[CAPITULUM II].

QUOD AUCTOREM PATER GRAUI ORATIONE IMPULIT VT IN CIUITATE ASTENSI SCOLASTICIS PRECEPTIS OPERAM DARET.

Quum dicta in villa nostro cum patre morarer
Vt predixi, ad eum publica fama tulit

---

v. 869. Coniunx] Coniux Mur. — v. 871. consumpsi] consumsi Mur. — v. 875. Lucanum] *in B segue* studio *sottolineato* - tanto studio] studio tanto Mur. - studio] *in B è scritto fra le linee* — v. 879. hiemis] hyemis Mur. — v. 881. nanque] namque Mur. — v. 884. hiems] hyems Mur. — v. 885. tandem] tamdem Mur. — l. 31. Capitulum II *om. B C, in A il foglio è distrutto; è in* Mur. — l. 32. scolasticis] scholasticis Mur.

[1] Questo è l'unico luogo da cui possiamo aver notizia dell'anno in cui nacque Nicolò Astesano. Siamo alla fine del 1431, verso il Natale, ma Antonio, parlando del freddo di quell'inverno, disse che fu nell'anno in cui nacque il fratello. Ora il freddo intenso dell'inverno può essere tanto nella fine di un anno come nel principio dell'anno seguente.

[2] Di questo inverno così rigido non si ha notizia nei cronisti. In Schiavinae, *Annales Alexandrini* (H. P. M., SS., IV), 422 e 424, sono ricordati inverni freddissimi agli anni 1429 e 1434. L'autore però non è contemporaneo; tuttavia con un lieve errore di un anno o due si può credere che quello del 1429 fosse appunto quello del 1431: infatti l'annalista scrive: "Flumina "praeterea passim vi frigoris glaciata carris ac iumentis "pervia extitere „.

Quod qui Grammaticam consueuerat ante docere
    Nuper in Astensi mortuus vrbe foret;
Claueria quondam Jacobus de stirpe creatus[1],
    Cuius clara suo tempore fama fuit;
Quodque vrbs alterius iam praeceptoris egeret.
    Tum dedit ipse mihi talia verba pater:

Mur., ... *Oratio* [A., *f.* 21 r (?)]

Si mihi diuitias tantas fortuna tulisset,
    Vt possem studij pondera ferre tui,
Quo tu philosophus medicas sequereris et artes,
    Ac fieres medicus philosophusque bonus;
Illud ego facerem, filij mi care, libenter,
    Et cuperem vt ceptum prosequereris iter.
Namque tuos semper cupio vehementer honores,
    Sum decorisque tui percupidusque boni.
Sed quia sunt tenues mihi opes, lucrumque pusillum,
    Et mihi natorum iam graue pondus adest[2];
Non video quod ego tolerare diutius istud
    Possim Gimnasij pondus onusque tui.
Quum me precipue tam presserit horrida pestis,
    Quae fuit hic ingens nuper, vt ipse vides;
Quae me tecta, domus et linquere lucra coegit,
    Ac longo sumptus tempore ferre graues,
Vt penitus vacuo mihi nulla pecunia restet:
    Sum prope cunctorum pauper inopsque modo.
Quocirca laudo quod tu, carissime fili,
    Qui bene grammaticam Rhetoricamque tenes,
Qui scis historicos, qui scisque docere poetas,
    (Dicatur Summo gratia lausque Deo),
Astensi capias vt pondus in vrbe docendi
    Grammaticam pueros eloquiumque suos;
Quandoquidem dicta non restat in vrbe magister
    Qui doctrina ista par queat esse tibi.
Jd confido tibi tantum prodesse futuro
    Tempore, et officium commoda tanta dare,
Vt possis vitam saltem perducere honestam.
    Et quid plus homini tradere mundus habet?
Nec tibi turpe putes, quia sis maioribus aptus,
    Grammaticam et mores erudijsse bonos.
Traianum docuit Plutarchus maximus ille
    Grecorum historicus, nec sibi turpe fuit.
Doctor Alexandri magni fuit ille virorum
    Summus Aristotiles, nec sibi turpe fuit.
Tantis ergo viris quod Comendabile visum
    Officium fuerit, cur tibi turpe putes[3]?

---

v. 917. tam] *in B è scritto fra le linee* — v. 920. sumptus] sumtus Mur. — v. 930. Qui] Cui *B;* Qui Mur. — v. 940. Aristotiles] Aristoteles Mur. — v. 941. Comendabile] commendabile Mur.

[1] Di questo Giacomo Claverio, maestro in Asti, non abbiamo altra notizia che questa.

[2] Nell'epitafio dedicato al padre l'Astesano dice: *" Liquit enim....*
Ut natas taceam, quatuor ille mares ".

[3] vv. 941-942. Cf. *Introduzione*, p. XXXII.

Persuadere tibi noli tibi dedecus esse
Officium patris excoluisse tui,
Vnde satis decoris, satis vtilitatis habere
Possis et vitae consuluisse tuae[1].
Adde quod, et pluris facio, meritoria quum sit
Haec res, magna tuae causa salutis erit.
Quid credas melius fore, quam iuuenilibus annis
Virtutem, et mores tradere posse bonos?
Si vero Medicus fias et corpora cures, [A., *f.* 22 *v* (?)]
Comperies multos hac tibi in arte pares,
Et multos etiam maioris nominis, atque
Aeui, qui lucro te superare queant;
Te superare queant merito virtutis honore
Cum sit librorum copia maior eis,
Quum medica longum iam tempus in arte laborent.
Notum autem verbum debet id esse tibi:
Maioris precij quam magni cauda leonis
Exigui muris creditur esse caput.
Nullae igitur causae, fili carissime, restant,
Quae te commoueant, vt mea vota neges,
Vt tibi grammaticae graue sit perferre magistri
Officium, et mores posse docere bonos.
Quum tamen expertus fueris per tempora quaedam,
Si nimis officij ferre graueris onus,
Vtileque Astensi paulum videatur in vrbe,
Officium queras vtile deinde tibi.
Et si forte queas alieno discere sumptu
Leges vt multi perdidicere viri;
Vt Sachus, qui nunc Jurisconsultus habetur
Jn latio et toto clarus in orbe Cato[2];
Vt Jacobus puteus, qui iure in vtroque tenetur
Consultus, tota magnus in Ausonia[3];
Qui quamuis inopes annis iuuenilibus essent,
Post tamen effectus diues vterque fuit;
Pro libito facias, sed nil hoc tempore poscas MUR., 1026
A me, paupertas quem modo summa premit.

---

v. 947. quod .... facio] *in* MUR. *è tra parentesi* — v. 962. mea] mera MUR. — v. 969. sumptu] sumtu MUR. — v. 970. perdidicere] perdidiscere *B;* perdidicere MUR. — v. 971. nunc] num *B;* nunc MUR.

[1] Questo passo è citato da MANCINI, *Valla*, 23, per dire che anche il Valla " si procurò qualche guadagno " e un'occupazione coll' insegnare, ridendosi dei pregiu- " dizi della pubblica opinione che allora giudicava offi- " cio vile dare precetti grammaticali e spiegare i poeti ". Il confronto con Aristotele e Plutarco era già stato fatto dall'Astesano nell'epistola " Ad senatores et pri- " miores cives Genuae " (in VAYRA, *Epistole*, 289):

" *Non ego dedignar, michi tanta superbia non est*
Ut michi discipulos turpe docere putem:
Plutarcus docuit Trajanum, ortumque Philippo
Magnus Aristoteles, cur mihi turpe rear? "

[2] Su questo famoso giureconsulto di Pavia, cf. specialmente VOLTA, *Catone Sacco e il collegio di sua fondazione in Pavia*, in Archivio Storico Lombardo, XVIII, Milano, 1891. Il suo nome è affatto sconosciuto a D'ADDA, *Indagini*, 115: " L'Argelati e il " Sitoni parlano bensì di un *Cesare Sacco*, vissuto in " questo secolo, verso la fine però .... ma di un Catone " Sacco non abbiamo saputo rinvenire notizia ".

[3] Quest'altro famoso giureconsulto, Giacomo Dalpozzo, fu anche professore nell'Università di Savigliano, per cui cf. GABOTTO, *L'Università in Piemonte prima di Emanuele Filiberto*, 35, Torino, 1898, e le fonti che sono ivi citate.

Si tamen officium subeas, velut opto, magistri
Grammaticae, Astensi sis et in vrbe diu;
Forte quod interea tibi fortunatior hora,
Et toti Patriae grata superueniet,
Qua valeat noster Princeps a carcere solui
Aurelianensis, restituique suis,
Tempore iam longo quem detinet Anglicus hostis,
Quem tenet illa ferox Anglica terra Ducem;
Id si contigerit, velut oro, et numina coeli
Continue Astensis Patria tota rogat,
Scriba suus poteris et secretarius esse,
Quod tandem Summus det tibi, queso, Deus.
Noui enim nullum tibi conuenientius esse
Officium, et studijs, nate diserte, tuis.

[CAPITULUM III].

RESPONSIO AUCTORIS AD PATREM SUADENTEM EI VT SCHOLARUM ONUS ASSUMERET IN CIUITATE ASTENSI.

Talibus auditis facundi ex ore parentis,
Respondi miti talia verba sono.
Quanquam sperabam, genitor venerande, futuro
Inceptum studium tempore posse sequi,
Et cura tanta, quod paruo tempore possem
Philosophus, necnon Phisicus esse bonus;
Nec me pretereat, quod multo dignior, atque
Vtilior cunctis est medicina viris,
Quam sit grammaticam, doctosque docere poetas,
Quod vile officium secula nostra putant,
Nec det tanta viro fastidia totque labores,
Quamuis, vt dicis, sit medicina grauis;
Vt tamen ipse tibi, cui debeo cuncta, vel ipsam
Vitam, cognatis gratificerque meis;
Sum contentus ego saltem exercere per annum
Grammaticae officium, non secus atque iubes,
Quandoquidem iam nunc concessa licentia per te
Est mihi, id arbitrio linquere posse meo,
Si mihi displiceat, si sit non vtile, sique
(Vt reor) Astensi non sit in vrbe bonum,
In qua nulla solent prestare stipendia Ciues
Publica Grammatico, paruaque lucra dare;
Sed velut assueuit cautus tentare viator
Aut baculo, aut telo, quale sit illud iter,
Si grauis ignoti via ficta sit obuia passus[1]*;*
Ac si forte bonum comperit illud iter
Transit et inceptos pergit protendere gressus;

v. 990. tandem] tamdem Mur. — l. 15. Capitulum III *om. B C, in A il foglio è distrutto; è in* Mur. — v. 995. Quanquam] Quamquam Mur. — v. 998. Phisicus] Physicus Mur. — v. 1010. id] *in B è cancellato; è in* Mur. — v. 1017. sit] sit ei *B* Mur.

[1] Con *sit ei obuia* il verso è falso.

At si forte malum comperit, inde redit;
Sic ego quum fuero prędictum expertus in anno
Officium, Astensi sicut in vrbe Jubes,
Si mihi deinde bonum videatur et vtile vitae
Nec nimis acre mihi, nec nimis esse graue,
Prosequar officium dum spiritus hoc reget artus.
Sin minus, expertum, non sequar ipse malum,
Forte quod interea melior fortuna sequetur
Vt tua dixerunt verba, colende pater.
Quum primum Christi Natalia proxima festa
Transierint, tendam quo pater ipse Jubes;
Astensemque meis libris comitatus ad vrbem
Jbo, vel officium, vel subiturus onus.
Contentus tali genitor sermone remansit,
Nec verbum vlterius retulit ille mihi.

[CAPITULUM IV].

DE ORIGINE VILLAENOUAE DE PLANA ET DE QUIBUSDAM PRIUILEGIJS EIDEM PER COMUNITATEM ASTENSEM CONCESSIS.

Dum colerent alij natalia festa choreis
Et canerent, multos efficerentque iocos,
Cura mihi, mi frater, erat perquirere libros Mur., 1027
Mox quibus officium posset egere meum.
Dumque patris nostri non pauca volumina voluo,
Jnuenio villae quae sit origo nouae;
Quae fortuna sibi fuerit per tempora multa, [A., *f. 24 r* (?)]
Vt paulatim opibus aucta sit, atque viris.
Quae quoniam paucis ego cognita suspicor esse,
Jnstitui libro commemorare meo,
Vt non ingratum cernens mea carmina possit
Erga natalem me reputare locum.
Est prope villam illam, quae nunc noua villa vocatur,
Jnstar Monticuli terra leuata parum,
Quamuis hanc circum plani sint vndique campi
Vnde hanc de plana nomen habere putem[1].
Nomine fundatum sancti felicis ibidem
Antiquum templum est; altera nulla domus.
Tempore sed prisco, quae villanoueta vocata est,
Vt referunt, illic paruula villa fuit.
Forte Monasterium Felicis, in vrbe Papiae
Fundatum, longo tempore rexit eam[2].

v. 1025. artus] arctus *B;* artus Mur. — l. 16. Cap. IV *om. B C, in A il foglio è distrutto; è in* Mur. — l. 18. comunitatem] communitatem Mur. — vv. 1043-1046. Quae.... locum] *questi due distici in B sono scritti nel margine inferiore del foglio, con richiamo a questo luogo*

[1] Villanova della Piana.

[2] Sul monastero di san Felice di Pavia, cf. Robolini, II, 135 sgg., Pavia, 1826. Una serie di documenti in *Codex Astensis*, del 1154 sgg., dal n. 512 in poi, pubblicati anche in Ficker, *Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens*, IV, 201 sgg., Innsbruck, 1874, mostra questo dominio. Però il luogo non è detto Villanovetta, ma, già fin d'allora, Villanova.

At sibi confinis vallis fenaria tantum
Hostis et huic ruri tantum inimica fuit,
Vt durum intulerit longo sibi tempore bellum
Gesserit inque suos prelia crebra viros.
Non poterant terras hac tempestate coloni,
Non poterant agros excoluisse suos.
Jnde Monasterium paulum vtilitatis habebat,
Nam male culta parum reddere terra solet.
Vnde Monasterij (nec dissensere sorores)
Abbatissa illud vendere mota fuit.
Totum Jus igitur, quod rure tenebat in illo,
Comuni Astensi vendidit illa palam,
Quum iam transissent a Christo mille ducenti
Et terquinque anni; scripta quod ipsa docent.
Jnstrumenta etenim solemnia facta fuerunt
Ex quibus apparet venditionis opus.
Abbatissa tamen quosdam non vendidit agros
Hosque Monasterium possidet illud adhuc[1].
Tunc vrbs Astensis sub libertate manebat,
Solius parens Caesaris imperio.
Sed triginta tribus post annis, menseque maio,
Fundata est illo quo noua villa loco est,
Sidere felici, credo, nam semper honore,
Semper diuitijs aucta subinde fuit.
Tunc erat Astensis Turrellus millo potestas[2],
Jmperium populi totius vrbis habens;
Qui fieri fossas et portas fecit ibidem
Designans villae menia prima nouae.
Vrbis et Astensis sub nomine tecta domorum
Plurima fecit ibi, non modicasque casas.
[A., *f. 25 r* (?)] *Jreque finitimos habitatum compulit illic*
Vt posset maior villa noua efficier.
Huc ex Sulbrico venerunt atque Ducino
Compulsi plures hic habitare viri;
Ex Curtisuetula Supponitoque subinde,
Quae parua hoc etiam tempore castra manent.
Quosque Monesterium, quos villanoueta tenebat,
Hic habitatum omnes compulit ire viros.
Quae duo tum penitus rupta et vacuata fuerunt
Castra, nec illorum restitit vlla domus.
Villa noua ex illis facta est habitantibus, inde
Continue cepit plenior esse locus.
His tamen agricolis ager illo tempore nullus
Liber erat, villae libera nulla domus;

v. 1068. Comuni] Communi Mur. — v. 1081. millo] Milo Mur. — v. 1091. Curtisuetula] Curtis Vetula Mur. — v. 1093. Monesterium] Monasterium Mur. - villanoueta] Villa noveta Mur.

[1] Il documento è del 15 ottobre 1215, in *Codex Astensis*, n. [illegible]. Però non vi è parola dei diritti riservatisi dall'Abbadessa.

[2] Di questo podestà non abbiamo altra notizia.

Namque eius fines hac tempestate tenebant
Astenses ciues, ecclesiaeque Dei,
Astenses varia de nobilitate creati
Nec non Plebeii multimodique viri.
Tempore sed paruo, postquam noua villa referta
Gentibus ex illis ac habitata fuit,
Quilibet ipsius habitator et Jncola villae
Astensis Ciuis factus abinde fuit,
Additus illorum numero, quos continet arcus
Porta[1], *Monasterium*[2] *quae prope Turris adest.*
Hocque modo multos noua villa remansit in annos MUR., 1028
Ciuibus et multo tempore iuncta fuit.
Ac cum transissent post annos mille ducentos *1283*
Octaginta tres, nati ab honore Jesu,
Astensis populi magnus capitaneus Odo
Blandinus, Jussu consilioque suo,
Quum foret a populo super hoc sibi cessa potestas,
Vt patet ex scriptis, vt documenta manent,
Esse putans aequum, statuit quod quilibet illam
Villam habitans, villae iunctaque castra nouae,
Seu Curtisuetulam, Sulbricum, siue Ducinum,
Seu Supponitum, qualiacunque forent,
Quae super eiusdem posita essent finibus, omnis
Solueret in villa munera cuncta noua,
Et fodra et taleas comuni solueret ipsi,
Et quodcumque oneris poneret illud ei[3].

[CAPITULUM V].

DE ORIGINE CIUITATIS ASTENSIS ET DE EIUS AUGMENTATIONE FACTA PER BRENNUM DUCEM GALLORUM.

Haec ego dum Villae donassem Carmina, qua sum
Natus, qua cepi prima alimenta puer,
Jn mentem venit quod ni primordia dicam
Astensisque vrbis pristina gesta canam,
Jn qua nunc viuo speroque occumbere morti, [A., *f. 26 r* (?)
Justa querelandi causa subesset ei.
Quum mihi presertim sit copia facta videndi
Quaecunque Ogerius edidit Alpherius,

v. 1106. habitata] habita *B;* habitata MUR. — v. 1108. abinde] ab inde MUR. — v. 1114. Octaginta tres] Octoginta et tres MUR. — v. 1115. Odo] Oddo MUR. — v. 1118. manent] monent MUR. — v. 1121. Curtisuetulam] Curtis Vetulam MUR. — v. 1122. qualiacunque] qualiacumque MUR. — v. 1125. comuni] communi MUR. — l. 27. Capitulum V] *om. B C, in A il foglio è distrutto; è in* MUR. — v. 1134. Quaecunque] Quaecumque MUR.

[1] La *porta Arcus*, così chiamata, a detta del Grassi, I, 193, dall'arco trionfale eretto, secondo la tradizione, in onor di Pompeo (ma vedi VASSALLO, *Le mura della città d'Asti*, in GRASSI, II, 252), trovavasi ad ovest, tra la porta *furum*, detta poi di sant'Antonio ed ora di santa Caterina, e la porta del Borbore, cioè *de ava Burburis*, detta poi di san Secondo ed ora di san Rocco: GABIANI, *Le torri, le case-forti ed i palazzi nobili medievali in Asti*, 10-11, Pinerolo, 1906.

[2] Cioè l'abbazia dei santi Apostoli, su cui VASSALLO, *La chiesa dei santi Apostoli in Asti*, Asti, 1892.

[3] Sull'origine di tutte queste notizie relative alla fondazione di Villanova, dateci dal solo Astesano, cf. *Introduzione*, pp. XLIV sgg.

Necnon ventura Gulielmus prole creatus,
Qui scripsere vrbis plurima facta suae.
Vidi etiam libros quos scripsit Surdus Aquensis[1],
Multorum referens plurima gesta virum.
Ex illorum igitur libris alijsque quibusdam,
Quos vidi Astensis gesta referre soli,
Collegi quaedam quae, quum sint digna relatu,
Jnstitui libro commemorare meo.
Sic aduersa tamen memorabo vt prospera, more
Historici, vt fiant omnia nota tibi.
Vt videas quantum fortuna volubilis extet,
Quod fuit incepti, frater amande, mei.
Nonnulli antiqua geniti de stirpe nepotum
Japhet, qui Noe tertius ortus erat,
Prisca reliquerunt maiorum tecta suorum,
Optantes sedes edificare nouas[2].
Tamdemque in fluuij casu venere Siloppi
Vallem, quam Tanagrum Secula nostra vocant[3].
Qui cum Monticulum non longe a flumine laetum,
Et prope vidissent fertilitatis agros;
Chironis Signo postrema ex parte suborto
Et mediocri astro praedominante Jouis;
Castri iecerunt ibi fundamenta pusilli,
Jn quo nunc Castrum cernimus esse vetus[4],
Vt vicinorum tanquam custodia rurum
Esset, quae circum tempus in illud erant.
Vtque ait Ogerius, fuit his habitatio prima
Qui nostras sedes incoluere prius,
Jnter castrum illud, quod nunc memorauimus esse
Fundatum et Castrum dicier esse vetus;
Atque inter Turrem valloni[5], *quam prope nunc est*
Quae sancti Antonij nomina Porta tenet[6].
Nec dum Romanam fundarat Romulus vrbem,
Alba tamen fuerat condita longa prius.
Sed tercentum annis et septuaginta duobus
Exactis, postquam condita Roma fuit,
Seu tercentum annis atque octaginta, priusquam

v. 1139. illorum] *in B segue* libris *cancellato* — v. 1159. tanquam] tamquam Mur. — v. 1165. Turrem] Turrim Mur. — v. 1171. octaginta] octoginta Mur.

[1] Cioè frate Giacomo d'Acqui. Cf. *Introduzione*, p. XLI.

[2] Vv. 1147-1150. J. ab Aquis, 1414: "Alie gentes "que primum ibidem (*cioè in Lombardia, prima delle invasioni barbariche*) habitabant, habuerunt originem a filiis "Japhet ".

[3] J. ab Aquis, 1503: "Tanagrum tunc (*al tempo* "*però di Carlomagno*) vocabatur flumen Sylopp ".

[4] Masi, II, dopo aver detto che il Castello Vecchio sarà poi residenza del vescovo: "Jafet, figlio di Noè è "così l'antenato, il precursore del vescovo ". Infatti il Castello Vecchio fu anche chiamato *Castrum Episcopi*. Esso trovavasi all'estremità orientale del bastione costruito sulla collina "a ridosso della quale si venne "edificando la città ", Gabiani, *Le torri*, 5.

[5] Vv. 1161-1165. O. Alfieri, 57: "Civitas Astensis ab antiquo tempore condita fuit inter castrum "quod modo dicitur castrum episcopi et Castelatium "seu turris Vallonum ". (Le citazioni dell'Alfieri son fatte sull'edizione del *Codex Astensis*). La *turris Vallonum* o *torre dei Varroni*, trovavasi all'estremità occidentale del bastione citato nella nota precedente.

[6] La citata porta *furum*, più tardi di sant'Antonio ed ora di santa Caterina o porta Torino.

Exortus Christus virgine matre foret [1],
Gallorum nostras, Brenno Duce, venit in oras, Mur., 1029
Exquirens sedes, copia magna, nouas.
Brennus enim *secum Gallorum milia duxit* A., *f.* 27 *r*
Tercentum, *priscis testibus historicis* [2].
Vidit et a *Tanagri non longe flumine Turrim*
Aeream *et laetae fertilitatis agros;*
Atque his dec*reuit fundare in partibus vrbem* [3]
Q*uum bona terra foret, aer et ipse bonus.*
Tu*m laeti Galli, magno clamore, vibrantes*
Ie*cerunt hastas quam potuere procul;*
Vnde vo*cata fuit, hastarum a Jactibus, Aste*
Vrbs hec, *quam dicto constituere loco* [4].
Non mi*rum est igitur, si Gallos deligit haec vrbs,*
Quan*doquidem a Gallis edificata fuit.*
Hinc ab eis *Castrum vetus est cognomine dictum,*
Quod prius *et veteri tempore Turris erat.*
Te tamen haud fugiat *quod, postquam Astensis adepta est*
Terra fidem Christi, p*raesul eique datus,*
Vt non immerito presul *frueretur honore,* domus episcopi *e*rat ubi nunc *est* Castrum uetus
Huic fuit in dicto tradi*ta Monte domus.*
Hinc est quod prisci dixe*runt Praesulis aedem*
Quam modo nos castr*um dicimus esse vetus* [5].
Que domus in domin*um, velut infra in tempore dicam,*
Translata a quodam p*resule deinde fuit.*
Qui dominus fortis fundau*it moenia castri*
Tempore que nostro cerne*re quisque potest;*
Quod tamen assidue seruauit *nomina prisci*
Temporis et castrum dicitur *esse vetus.*
*Sed quamuis primo foret he*c vrbs tempore parua A., *f.* 27 *v*
*(Nam, lictis paucis, Brennu*s abhinc abijt,
*Et se ad condendas maiore*s transtulit vrbes),
*Jnde tamen longe magnifi*cata fuit.
*Multae etenim Villae desertae dein*de fuerunt,
Quarum homines vrbis incoluere solum.

v. 1175. milia] millia Mur. — v. 1179. Atque.... dec] *in A è scritto fra le linee, e così pure tutto il verso, ora distrutto, era scritto fra le linee, sopra un altro verso sottolineato di cui rimane solo più la iniziale* D, *forse di* Decreuit — vv. 1185-1186. Non.... fuit] *questo distico in A è scritto nel margine superiore del foglio, ma non vi è più traccia di richiamo* — v. 1188. prius] prior *A B C;* prius Mur. — v. 1191. *nella rubrica di fianco a questo verso* episcopi] episcopalis *B* — v. 1193. prisci] *in A è scritto fra le linee, su* veteres *cancellato*

[1] Vv. 1169-1172. O. Alfieri, 57: " Anno ab urbe " roma condita CCCLXXIJ, que fuit ante nativitatem " domini nostri yhesu christi annis CCCLXXX ". Ma secondo l'Alfieri Brenno ampliò la città: " Civitas " Astensis dicitur ampliata fuisse a breno duce "; secondo l'Astesano la costruì (cf. *Introduzione*, p. LIV).

[2] Vv. 1173-1176. *Galvagnana*, 6 *r*: " Hic (*cioè Brenno*) in ytaliam appropinquauit. Et dicit ystoria lombarda, quod habuit secum ccc gallorum senonum ". Infatti P. Diacono, 433: " cum trecentis millibus Gallorum Senonum ad Italiam venit ".

[3] Come osserva Masi, 11, per l'Astesano Brenno diventa il precursore del duca d'Orléans, così per questo gli Astigiani amano tanto i Francesi. Anche il Faucon adotta le opinioni del poeta.

[4] Per l'origine di questa notizia vedi *Introduzione*, p. LIV.

[5] Il vescovo che ottenne il Castello vecchio e vi trasportò la residenza episcopale fu Brunengo, che ne ebbe confermato il possesso da Ugo e Lotario il 23 luglio 938. Cf. Cipolla, *Di Brunengo vescovo d'Asti e di tre documenti inediti che lo riguardano*, 69 sgg., Torino, 1899, estratto dalla Miscellanea di storia italiana, XXVIII.

*Nam Rippae ruptae Burgirattique fu*erunt
Et Montegleti diruta rura tria,
Quae Villae Riui fuerant in valle rilati.
*Sic Calianeti diruta V*illa fuit
*Villaque Manariae V*allis, de nomine quarum
*Valles perpetuo te*mpore nomen habent [1].
*Villaque Nantaru*m pariter, Montisque bonini,
A quibus hoc oris tempore nomen inest.
*Ne Corfranci*sce villam, Montis*que Fre*oni,
Neu Villam andone carmina nostra ferant;
*Ne Planam, P*lacium Mollegnanumque renarrem,
*Nec Cum*ignanum Taxeriasque loquar.
Barcharum villam taceo, taceoque Caniglas [2]
Quasque alias longum dinumerare foret.
*Ex quib*us Astensis senonum cum gente relicta
*Urbs f*acta est, aut post amplificata fuit.
Non secus ex multis, quas hoc memorare libello
Durum esset, villis condita roma fuit.

[CAPITULUM VI].

A., c. 28r

DE DESTRUC*TIONE ET REEDIFICATIONE MEDIOLANI* FACTA PER *BRENNUM DUCEM GALLORUM SENONUM,* ET DE AD*UENTU LONGOBARDORUM IN JTALIAM.*

COgor, pro *magno quo Gallis Jungor amore* [3],
Queda*m versiculis inseruisse meis,*
Que *poterunt nostro non conuenientia cepto*
A*tque a proposito dici aliena meo.*
Bren*nus Dux Senonum, de quo mihi mentio facta est,*
C*um gente innumera venit in Jtaliam.*
Nec solum a*stensem (quod dixi) condidit vrbem,*
Mur., 1030 Qua se*dem paucis gentibus ipse dedit;*
Sed magnam *Jnsubrum terram vi cepit et vrbis*
Equauit tante menia *cuncta solo* [4];
Ac tandem totam, preter *Capitolia, Romam*

v. 1207. Bugirattique] Burgiratique Mur. — v. 1219. Caniglas] Caniglias *B* Mur. — l. 19. Capitulum VI] *om. A B C; è in* Mur. — ll. 20-21. De.... Jtaliam] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* — v. 1225. COgor] *il* C *in A è scritto con inchiostro rosso* - pro] *in A è scritto fra le linee su* quo *sottolineato* — v. 1235. tandem] tamdem Mur.

[1] Vv. 1211-1212. L'interpunzione nel Muratori è errata. Egli ha: "Villaque Manariae Vallis de nomine: "quarum Valles perpetuo tempore nomen habent „. Ci vuole invece: "Villaque Manariae Vallis, de nomine "quarum *etc.* „ come del resto è anche in tutte le redazioni manoscritte.

[2] Vv. 1207-1219. O. Alfieri, 64, riporta tutti questi nomi, ma come di luoghi che facevan parte del territorio astigiano assai più tardi che non al tempo dei Galli. Le varianti principali tra le varie redazioni della Cronaca dell'Alfieri e l'Astesano sono le seguenti: Rupe rupte *Cod.*, Rippae ruptae *Comb.* e *Ast.*; Nanteum *Cod.*, Nantem *Comb.*, Villa Nantarum *Ast.*; Villa palacij *Cod.*, Palatii *Mur.*, Villaplani *Comb.*, Placium *Ast.*; Villam Canayglarum *Cod.*, *Comb.* e *Mur.*, Caniglas *Ast.*

[3] V. 1225. *De origine*, 21 *v*: "MOuet me hoc loco "mea erga regem et principes Gallie singularis affectio "vt non obticeam.... „. Nell'altra redazione di quest'opera manca "regem et „.

[4] Vv. 1233-1234. *Galvagnana*, 6 *r*, parlando di Brenno: "Cui (*a Brenno*) brunisendus rex mediolanen"sis cum forti exercitu occurrit ad clusas ac ipsum "redire coegit. Post pauca iterum rediit. cum rege "mediolanensi conflixit. ad terram prostrauit. Ciui"tatem mediolanensem dura obsidione fatigauit supe"rauit menia et muros deiecit „.

Cepit, vt et Titus Liu*ius ipse refert;*
Quumque illinc pulsus m*agna virtute Camilli*
*Ferret i*ter versus gallica *rura suum*[1],
Et cuperet magnam funda*re ac menibus vrbem*
Munire, et fossis, genteque *non modica,*
Vt se romanis defendere *posset ab armis,*
Si quando vellent bella cie*re sibi;*
Diuino nutu media inter som*nia Brennum*
Vox quedam a Celo visa mon*ere fuit,*
Vt muros inter glaciales con*deret vrbem,*
In qua muniret se, comitesque s*uos*.
Post haec ingenti vi frigoris abdua clausus
*Nec non ceruleis ipse Ti*cinus aquis,
A Brenno visi, retegunt sua somnia; namque
*Hi fluuij vt murus tu*m glacialis erant;
*Quo viso, Jnsubrem Brennu*s deliberat urbem
*Condere item, muros et renoua*re suos.
*Namque inter praedicta iacet duo flumi*na rite,
*Quae tamquam murus sunt glacia*lis ei.
*Mox quae diruerat Dux vr*bis menia condit[2]:
Vulnera sic et opem dat manus vna sibi.
Non secus auxilium Telepho donauit achilles
*Vulneris il*lius cuius is auctor erat.
Verum dum Brennus memorate conditor vrbis
Jundamenta locat meniaque ampla facit,
Laneus vrbi illic media de parte repertus
*Sus, Med*iolani nomen habere dedit[3],

A., *f.* 28 *v*

vnde dicatur Mediolanum quod dicebatur Jnsubrium

---

v. 1236. vt et] vt *B;* uti MUR. — v. 1244. a] e MUR. — v. 1258. cuius] ejus MUR.

[1] Vv. 1235-1238. TITO LIVIO, V, XXXIX-XL; *Galvagnana,* 6 *r:* "ad flumen tyllam (*sic*) cum romanis confixit. quos omnes prosternens terram intrauit solum capitolium resistit.... Romani uero in quadam montis angustia ipsum precludentes totum aurum restituit totum fere exercitum perdidit. Et sic confusus et uituperatus uersus mediolanum rediit ". In *De origine,* 11 *r,* l'Astesano ha: "apud alijam fluuium "; l'espressione relativa al Campidoglio è simile a quella del poema: "Totamque [Romam] preter capitolium cepit "; infine nomina anche Camillo che è omesso nella Galvagnana: "Quem romani duce Furio Camillo insequentes; ipsum inter montis angustias preclusum debellauerunt ".

[2] Vv. 1243-1255. *Galvagnana,* 6 *r:* "Et.... uisionem quadam nocte habuit, quod inter duos muros glatiales ciuitatem construeret ibi se comuniret. Facto mane uidit Tycinum et abduam frigoris algore glatiatos. Et inteligens deorum uoluntatem ciuitatem mediolanensem in medio duorum fluminum scilicet Tycini et abdue construxit ".

[3] Vv. 1259-1262. Qui l'Astesano confonde e non ricorda più quanto ha scritto in *De origine,* 9 *v*-10 *r,* dove, sulle orme della Galvagnana del Fiamma, il ritrovamento della scrofa è attribuito a Pucenzio e non a Brenno:

Galvagnana (5 *r*).

"[I]Nter istas barbaras nationes gallicas (*cioè di Belloveso*) erat unus insignis ualde nomine pucentius caput et dominus populorum eduonum qui nutritus fuerat in pago subrio qui est in gallia. Hic considerans in ytalia esse subrium pagum a subre rege antiquitus fundatum propter nominis augurium... inhabitare voluit cum suis populis. Et cogitauit in loco qui dicitur brusanum ciuitatem construere. quod cum facere incepisset de nocte inueniebat euersum. Ex quo admiratus a pontificibus ydolorum est siscitatus que causa esset tanti prodigii. quibus diuini dixerunt. ubi cras sumo mane inuenies suem siue porcam nigro alboque colore uestitam ibi ciuitatem edificabis. Facto mane predictus pucentius in loco ubi condam ciuitas mediolanensis siue subria.... ciuitatem construxit, quam ex prodigio suis siue porche. a medio tergo lanute mediolanum nominauit ".

De origine.

"INter istos gallicos erat pucentius supra nominatus: caput et dominus populorum Eudonum. Qui nutritus fuerat in pago insubrio, quod est in gallia. Hic considerans in italia etiam esse insubrium pagum a subre rege antiquitus fundatum, propter nominis augurium illic habitare voluit cum sua iuuenum multitudine. Statuitque in loco quod dicitur brusanum urbem construere. Quod cum facere cepisset, quicquid in die fabricauerat, nocte subuersum inueniebat. Quo valde miratus a suis vatibus sciscitatus est huius prodigii causam. Cui vates ipsi responderunt: Si vis vrbem duraturam construere, ubi cras summo mane inuenies porcam nigro alboque colore et lana uestitam, ibi edificabis. Facto mane, predictus Pucentius in loco vbi quondam fuerat ciuitas insubrii eiusmodi suem inueniens vrbem construxit. Quam ex prodigio ipsius porce a medio tergo lanam habentis, mediolanum nominauit ".

Quae prius Insubrium dicta est, a nomine Subris
*Regis, qui fu*erat conditor ante suus [1].
Condidit, vt referunt alij, hanc pucentius vrbem,
Qui Gallorum etiam sanguine natus erat [2].
*Quod ve*ro dederit sibi gens hoc gallica nomen,
*Mater*num clare nos idioma docet.
*Sic Me*diolani gens gallica condidit vrbem,
Sic et in hesperijs oppida multa plagis.
Galli Veronam *struxerunt atque Cremonam*
Et Comum *et Brisciam Bergomeumque solum,*
Ac Senogal*lensem Terram, Mutinam atque Tridentum,*
Quasque a*lias vrbes enumerare graue est* [3].
Et quia gall*orum gens multa remansit in oris*
Quas mo*do Lombardam dicimus esse plagam,*
Hinc *Cisalpina est hec Patria Gallia dicta* [4],
Quo prope mille annos nomine dicta fuit.
At quum quingenti *sexagintaque meassent*
Sexque anni, verbum *dum caro facta fuit,*
Longobardorum gens long*ae a nomine barbae*
Dicta, e Pannonia venit *in Hesperiam.*
Cuius rex validis *Alboyn praeditus armis*
Subiecitque vrbes oppidaque amp*la sibi.*
Nam Mediolanum sibi subdi*dit atque Ticinum,*
Veronamque pari Teruisiumque *modo.*
Vtque breui expediam, que cisalp*ina tenebat*
Gallia, cuncta sibi subdidit *ille loca.*
Hinc longobardas voluit rex *inclytus oras*
Dicier, et gentis nomen ha*bere suae* [5].
Inde patet quare modo lombardia *vocetur*
Que cisalpina gallia dicta fu*it,*
Que Pedemontanis, ut fertur, ab *alpibus, vsque*
Tenditur exiguas ad Rubiconis aqu*as* [6].

[illegible] italiam

[illegible] lombardia que prius gallia cisalpina dicebatur

v. 1271. Galli] *in B segue cancellato* strux — v. 1283. Alboyn] Alboynus MUR.

[1] Vv. 1263-1264. *Galvagnana,* 3 *r*: "Subres filius "hesperis filij typhei gigantis construxit ciuitatem su"briam, que nunc dicitur mediolanum „.

[2] Vv. 1265-1266. Cf. la nota ai vv. 1259-1262.

[3] Vv. 1271-1274. *Galvagnana,* f. 6 *r*: "Et.... con"tra romam per lineam recta hedificauit aut rehedifi"cauit. pergamum. brixiam. castrum. uerroniam. seno"gallium. et senogallias „. Questa enumerazione però non corrisponde a quella del poema, bensì a quella di *De Origine,* f. 11 *v*: "Qui preterea.... contra romam per "lineam rectam edificauit aut reedificauit Bergomum, "Brisiam, Veronam, Senogallium et Senogallias „.

[4] Vedi più sotto la nota ai vv. 1291-1294.

[5] Vv. 1279-1290. O. ALFIERI, 58: "Anno domini "DLXVI. Lombardi de panonia venerunt habitare in "Italiam in partibus Mediolani et papie. Et ideo vo"cata est provincia ista lombardia „. La data, errata qui, era esatta invece in *De Origine,* f. 24 *r*: "Alboyn "rex longobardorum.... congregans exercitum fortis"simum italiam intrauit. Et regnum accepit anno chri"sti 568 „ sulla scorta del Fiamma: *Galvagnana,* f. 37 *r*, dove, parlando di Alboino, dice che "congregans exer"citum fortissimum intrauit ytaliam. et regnum accepit. "anno domini V^cLXVIII „. Cf. *Introduzione,* p. LIII. Per la data della venuta dei Longobardi: CIPOLLA, *Appunti sulla storia di Asti dalla caduta dell' impero romano sino al principio del X secolo,* in Atti dell'Istituto veneto, serie VII, I, 688 e nota 71, Venezia, 1889-1890; e CRIVELLUCCI, *In che anno i Longobardi siano entrati in Italia,* in Studî storici, I, 479, Pisa, 1892.

[6] Vv. 1291-1294. Questi versi hanno riscontro coi seguenti passi di *De Origine,* f. 10 *v*: "Tacendum hic "non est quod circa Bellonesi (*sic*) tempora gallorum "potentia tanta fuit et copia in hac prima italie parte "quam nunc lombardiam dicimus vt ab alpibus vsque "ad fluuium rubiconem prope vrbem arimini dicta fuerit "gallia cisalpina siue comata „ (cf. anche per questo nome di *Gallia Comata* i vv. 1297-1298); f. 24 *r*: "Alboyn "partem italie in qua Mediolanum, et papia sunt, lon"gobardiam nominari instituit a populis suis qui.... "longobardi nominabantur. Nunc vero vna per sinco"pam ablata syllaba lombardi dicuntur „.

Vt Lucanus ait: Rubicon disterminat *arua*
Certus ab ausonijs gallica limes *agris*[1].
Te tamen haud lateat quod longo a crine comata A., *f. 29 v*
Gallia nonnunquam haec Patria dicta fuit;
*Quodque huius Patriae pars Al*piscotia prisco
Tempore per multos sepe vocata fuit.

[CAPITULUM VII]. Mur., 1031

DE SANCTO SECUNDO MARTIRE PATRONO *CIUITATIS ASTENSIS PASSO SU*B SAPRICIO.

*Transierant centum post partum Virgin*is anni,
Jllis triginta quattuor adde quoque;
Nec dum sancta fides Christi vulgata per oras
*Multum erat Italica*s, occiduumque solum;
Jmperium Cesar romanum adrianus habebat,
Qui saeuus christi nominis hostis erat.
*Cuius in hi*s residens ferus ille vicarius oris
Sapricius pariter christi inimicus erat.
*Qui Con*sembradi dominorum e stirpe fuisse
Dicitur, et clara nobilitate satus.
Huic erat astensis, mandato cesaris, vrbis
Necnon et patrie credita cura sue.
*Quum commi*ssa sibi foret alpiscotia tota,
Jn qua vrbs astensis tempus in illud erat.
Vnde sat apparet quod et illo tempore soli
Haec vrbs parebat cesaris imperio[2].
Miles erat prestans hac tempestate Secundus[3],
*Clar*us et astensi ciuis in vrbe potens;
Qui christum fideique sue mandata colebat,
*S*pernens multorum numina vana deum,
Que ciues a*lij maiore ex parte colebant,* A., *f. 30 r*
Induperatoris *Sapricijque metu.*
Namque per ita*licas, edicto Caesaris, vrbes*
Quisque ve*tabatur tum coluisse Jesum,*
Quisque iubeba*tur colere aut simulacra Dianae,*
Aut iouis, *aut aliud nomen inane Deum.*
Quod si *forte aliquis colere haec simulacra negabat,*
Mox tradeba*tur turpiter ille neci.*
Illo Faustinus perie*runt atque Jouita*

---

v. 1298. nonnunquam] nonnumquam Mur. — v. 1299. Alpiscotia] Alpis Cottia Mur. — l. 7. Capitulum VII] *om. A B C; è in* Mur. — l. 8. De.... Sapricio] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* - Martire] Martyre Mur. — v. 1302. quattuor] quatuor Mur. — v. 1305. adrianus] Hadrianus Mur. — v. 1309. e] a *B* Mur. — v. 1313. alpiscotia] Alpis Cottia Mur.

[1] Luc., *Phars.*, I, 214 sgg.:

"Rubicon.... Gallica certus
Limes ab Ausoniis disterminat arva colonis".

[2] Vv. 1315-1316. O. Alfieri, 58: "unde patet manifeste quod civitas Astensis ex tunc usque in hodiernum diem semper fuit sub dominio et segnorito imperatoris".

[3] Questo san Secondo era della famiglia dei Pallidi. Masi, 16, nota: "Filippo Malabaila lo fa dei Vettii, con che nobilita Vezza, feudo dei Malabaila, derivandone altresì il nome da un'antica famiglia romana".

Tempore, martiriu*m passus vterque graue.*
Sic terdonensi post *Martianus in vrbe,*
Callocerus nostra sic et in *vrbe perit*[1];
Cumque illo dictus crudeli *morte Secundus,*
Sapritij iussu, hac cesus in *vrbe fuit*[2];
Quum non posset eum vi coger*e vt ipse Deorum*
Numen adoraret desereret*que Jesum;*
Fecerat ante tamen miracula *grandia viuus,*
Qualia quottidie mortuu*s ipse facit.*
Qui bonus astensis patronus *creditur vrbis,*
Quam tegere externo semper *ab hoste solet;*
Erga quem sanctum mea me de*uotio fecit*
Hec pauca in laudem commemor*are suam;*
Quamuis a nostro videantur deuia *cepto;*
Sed mihi det veniam si sibi pau*ca dedi.*

[CAPITULUM VIII].

DE REGIMINE CIUITATIS ASTENSIS DUM ER*AT LIBERA*
ET DE COMITISSA ALAXIA QUE EAM [*CREMAUIT?*].

A., *f. 30 v* *Astensem redeo, carissime Fr*ater, ad vrbem,
Vt repetam ceptum, mi nicolae, meum.
Haec a Consulibus veteri de more quiritum
*Libera permulto tempo*re recta fuit[3],
Jmperio solum Romano subdita, sub quo
Totus paene illo tempore mundus erat.
*Tum ciues vrbem quaereba*nt reddere magnam
*Et licite gazas a*mplificare suas.
Nec solum agrorum cultum, quo sanctius est nil,
*Quo nihil vberi*us, quo nihil vtilius;
Sed mercaturam, duros tolerando labores,
*Magnam ex*ercebant circumeundo mare.
*Jnterdum occi*duas, interdum astensis eoas
*Mercat*or merces ducere naue suas.
Fecit id astenses iungi genuensibus arcto
Federe per multum tempus amicicie,
Mur., 1032 *Quando* simul totum perarabant nauibus equor,

---

v. 1330. martirium] Martyrium Mur. — v. 1338. quottidie] quotidie *B* Mur. — v. 1342. Hec] Haec *B;* Nec Mur. — l. 16. Capitulum VIII] *om. A B C; è in* Mur. — ll. 17-18. De.... eam] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso;* Et.... eam] *om. B C* Mur.; *in A queste parole sono cancellate con inchiostro più chiaro; P non trascrive il titolo* — v. 1353. agrorum] egrorum *B;* agrorum Mur. — v. 1360. amicicie] amicitiae *B* Mur.

[1] Vv. 1329-1332. Per i santi Faustino e Giovita, Marziano, Callocero, vedi Bosio, *Storia della Chiesa d'Asti,* 31 sgg., Asti, 1894; ma più specialmente Savio, *La legende des SS. Faustin et Jovite,* in Analecta bollandiana, XV, 1896 e Alessio, *I primordi del Cristianesimo in Piemonte ed in particolare a Tortona,* in Biblioteca della Società storica subalpina, XXXII, 57, 108 sgg., Pinerolo, 1905 e le fonti ivi citate.

[2] Vv. 1301-1334. O. Alfieri, 58: "Anno domini "CXXXIIII, III kallendas aprilis. In civitate Astensi "passus est beatissimus Secundus martir nobilis illustris civis Astensis sub Sapricio comite vicario Imperatoris Adriani. Et dicitur quod iste Sapricius fuit "de dominis de corsembrando". Per quel Sapricio *comite* e *vicario* Imperatoris, cf. Gorrini, *Il Comune,* 130; per la leggenda di san Secondo, Vassallo, *Apostoli,* 7 sgg.

[3] Vv. 1347-1348. Vedi più sotto la nota ai vv. 2038-2042.

*Merces fr*aterno more vehendo suas.
*Sic vrb*s astensis felix est facta potensque,
*Qu*andoquidem longa pace potita fuit,
*Et mer*caturam variasque exercuit artes,
*Ac fru*ctus leti solicitauit agri:
Vtque perexiguis amplectar plurima uerbis,
*Just*um lucrum omni parte secuta fuit,
Quodque urbe*s augere solet super omnia: rectam* A., *f. 31 r*
Omni ser*uauit tempore Justitiam.*
At quum mille *anni cum septuaginta meassent,*
Postquam christu*s homo factus in orbe fuit,*
Femina seua comes *accepit Alaxia terram* de comitissa alaxia
Astensem, dextre *supposuitque sue;*
Quam post incendi*t viginti aut circiter annos,*
Atque urbem totam *pene cremauit eam.*
Quo memorata Co*mes decessit Alaxia in anno,*
Et penam tanti cr*iminis illa luit*[1].

[CAPITULUM IX].

DE SEDICIONE MOTA IN *CIUITATE ASTENSI INTER EPISCOPUM* ECLESIAMQUE ASTENSEM PARTE VNA *ET CIUES ASTENSES PARTE ALTERA.*

AT quum mille anni centum *trigintaque septem* 1137
Transissent, postquam christus in *Orbe fuit,*
Anno quo cepit Comes ille *Sabaudiae Ameus*
Vrbem taurini, supposuitque *sibi;*
Arcitenens Chiron, sub iniquo *sidere cuius,*
Vt dixi, nostra urbs edificata *fuit;*
Ipsius incepit manifeste osten*dere vires*
Namque hic sedicio magna su*borta fuit,*
Atque alios alij ceperunt pungere *Ciues*
Et fuit in corpus versa sagitta *suum.*
Astensis siquidem presul nazarius *vrbis,*
Qui cum clero, illo tempore, m*agnus erat,* Immo nazarius fuit 1192
Quique vetus castrum, quod toti presi*det vrbi,*
Vt tetigi, sub se tempore habebat *eo;*

v. 1363. felix] *in B segue cancellato* fac — v. 1366. solicitauit] sollicitavit MUR. — v. 1368. secuta] sequuta MUR. — v. 1370 Omni] Omnis MUR. — vv. 1371-1378. At..... luit] *om. B C* MUR.; *sono in P; in A sono cancellati con due righe intersecantisi diagonalmente, di inchiostro più chiaro* — v. 1371. quum] quam *P* — l. 18. Capitulum IX] *om. A B C; è in* MUR. — ll. 19-20. De.... altera] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* — l. 19. sedicione] seditione MUR. - eclesiamque] ecclesiamque *B;* Ecclesiamque MUR. — l. 20. parte vna] parte ex una MUR. — v. 1379. AT] A *in A è scritto con inchiostro rosso, seguito da* Ast *cancellato, sopra cui fra le linee è scritto* T; Ast *B;* ASt MUR. *La data 1137, nella rubrica posta di fianco a questo verso, in A è scritta con inchiostro nero, da mano del sec. XVII* — v. 1386. sedicio] seditio MUR. — v. 1388. Et.... in] *in A è scritto fra le linee su* Inque suum *parole cancellate* — v. 1390. *l'osservaz. posta di fianco a questo verso in A è scritta con inchiostro nero, da mano del sec. XVII*

[1] Vv. 1371-1378. O. ALFIERI, 58: "Anno domini "MLXX, VIIII° kalendas madij civitas Astensis capta "fuit a comitissa Alaxia. — Anno domini MLXXXXI, "XV kalendas aprilis civitas Astensis quasi tota suc"censa fuit a comitissa Alaxia, et eodem anno dicta "comitissa obijt ". Invece G. VENTURA, nel capo XXV intitolato *Anitqui actus Lombardorum*, 733: "MLXX "die XI madii civitas Ast capta et destructa fuit. — "MCI Astensis civitas pene tota succensa fuit ". Il *MCI* del Ventura è forse dovuto alla omissione di un *X* fra il *M* e il *C* (le citazioni del Ventura sono sempre di sull'edizione Combetti).

*Coepit cum nostrae contende*re ciuibus urbis
Cuius debuerat Tutor et esse pater [1].
*Qui tandem sexto post an*no subdidit urbi,
Jgnem, quo ferme tota cremata fuit [2].
*Et tamen interea fab*ricande Jura monete
*Vrbi concessit Jnd*uperator ei,
*Qui Conradus er*at memorata etate secundus,
*Vt publica ostendun*t et documenta probant [3].
*Nec minus Anselm*us successor presulis eius
*Exstitit vrbi ho*stis maximus inde sue;
Qui mille et centum post partum uirginis annis
*Si quinq*uaginta quinqueque iungis eis,
Causa fuit, quod Rex federicus Iniuerit urbem
*Astense*m turres dirueritque suas,
Moeniaque eruerit multasque incenderit edes,
*Vrbs ca*ptu facilis quo foret inde sibi.
*Cu*ius signa potes veteri, Nicolae, videre
Jn muro, cuius pars ruta restat adhuc,
Non procul a templo, quod sancti a turre secundi
*No*men habet, quo non est magis urbe vetus [4].
Vtque ferunt alij, Gulielmus non minus huius
*Montis*ferrati Marchio causa fuit;
*Qui late*ri Regis federici semper adherens,
Jmpulit hec animos ad malefacta suos [5];

---

v. 1395. tandem] tamdem MUR. — vv. 1409-1412. Cuius.... vetus] *questi due distici in A sono scritti nel margine inferiore del foglio, ma non vi ha più traccia di richiamo* — v. 1413. Gulielmus] Gullielmus *B*

[1] Vv. 1379-1394. G. VENTURA, cap. cit., 733: "MCXXXVII. Facta fuit magna discordia inter episcopum Astensem et cives Ast. et capta fuit civitas Thaurinensis ab Amedeo comite „. Invece in O. ALFIERI, 58, manca quest'ultimo particolare e si ha soltanto: "Anno domini MCXXXVII facta est contentio et discordia magna inter episcopum (*Mur. agg.:* Landulphum, *ma allora era vescovo Ottone IV*) et ecclesiam Astensem ex una parte et cives Astenses ex altera „. L'Astesano sbaglia il nome del vescovo, attribuendo al vescovo Nazario, al quale è dovuta la distruzione di cui ai vv. 1395-1396, anche questa discordia, per cui vedi *Introduzione*, p. LIV. Quanto al particolare relativo alla presa di Torino per parte di Amedeo III, che si ha soltanto in questo capitolo del Ventura e in *Parvum chronicon astense* (edito dal Promis in Miscellanea di storia italiana, IX, Torino, 1870), 129-130: "MCXXXVII. Hoc anno Lotherius rex obiit et Curradus factus est imperator et ex vi capta est Taurinensis civitas ab Amedeo comite „ (riprodotto in GABOTTO, *L'Abazia e il Comune di Pinerolo e la riscossa sabauda in Piemonte,* 110, nota 4, nel vol. I della Biblioteca della Società storica subalpina, direttamente di sul cod. XXXVIII della Biblioteca di S. M., *Miscellanea patria ms.*) non è certo che corrisponda realmente alla verità storica: GABOTTO, *Abazia,* III. Invece CIBRARIO, *Monarchia,* I, 180 e DI GERBAIX-SONNAZ, I, II, 364-365 non ne dubitano affatto e il secondo più precisamente ritiene che ciò sia avvenuto dopo la morte di Lotario.

[2] Vv. 1395-1396. O. ALFIERI, 58: "Anno domini MCXLIII, III idus septembris civitas Astensis destructa fuit incendio quasi tota per Nazarium episcopum Astensem et ecclesiam Astensem „.

[3] Vv. 1397-1400. Nel 1140: *Codex Astensis,* n. 5.

[4] Vv. 1411-1412. Sono citati da Vassallo, *Le mura,* 247, perchè ricordano le antiche mura romane presso la chiesa di santa Caterina.

[5] Vv. 1401-1416. O. ALFIERI, 58: "Anno domini MCLV, in kalendis februarij civitas Astensis destructa fuit incendio quasi tota per imperatorem Fredericum primum ad instanciam Anselmi episcopi Astensis et Guillelmi Marchionis montisferrati „. Evidentemente è questa la fonte dell'Astesano, cosicchè è inesatta l'espressione: "Utque ferunt alii Gulielmus non minus causa fuit „ perchè l'Alfieri parla tanto del vescovo quanto del marchese di Monferrato. Infatti G. VENTURA, cap. cit., 733 ha soltanto: "MCLVII. Fredericus rex ingressus est civitatem Ast, qui multis turribus obrutis, et incendiis factis abiit „. Lo sbaglio di data commesso dal Ventura a proposito di questa distruzione del Barbarossa è anche rilevato in VALENTE, *Il Comune astigiano e la lotta contro Federico I* (estratto dalla Rivista di Storia, Arte, Archeologia della provincia di Alessandria, V), 36, Alessandria, 1896.

Marchio qui fuerat perpaucis mensibus ante
Astensi pugna victus ab urbe graui [1].

[CAPITULUM X].

*DE ALE*DRAMO PRIMO MARCHIONE ET ALAXIA EIUS UXORE, *A QUIBUS DE*SCENDERUNT MARCHIONES MONTISFERRATI, SALUCIARUM, *CAEUAE,* SAGONE, ANCISE, BUSCHE ET QUIDAM ALIJ.

Ne tibi sit dubium, quisnam Gulielmus hic esset,
*M*ontisferrati Marchio quartus erat:
*Qu*em dixere senem Gulielmum, vt cronica narrat,
*N*amque fuit facies tota senilis ei,
Vt posset quam*uis annis iuuenilibus esset,* A., *f. 32 r*
Aspectu se*nior credier esse tamen.* Mur., 1033
Patre Bonifa*cio fuit hic generatus, at ille*
Ex Guliel*mo ortus Patre priore fuit.*
Ast illi genitor *fuit is, qui Marchio primus*
A primo, vt fertur, *factus Othone fuit* [2];
Cuius aledramus fuit *haud ignobile nomen*
Quod notum toto *pene sub orbe reor.*
Regis aledramus fuit *hic Seruitor Othonis,*
Nati e saxonum n*obilitate Ducum;*
Sed virtute sua vecti ad *fastigia Summi*
Imperij: virtus vincere *cuncta solet.*
Gratus aledramus Regi, qui *primus in oras*
Germanas Rome transtulit *Jmperium,*
A quo militie fuit ipse accinct*us honore;*
Sed regis nate gratior inde *fuit.*
Nam forma prestans etatis a*laxia virgo*
Nubilis, eiusdem filia Regis *erat,*
Que forma prestante quidem *virtuteque nota*
Fortis aledrami qui genero*sus erat,*
Eius amore fuit tantum succe*nsa, quod illum,*
Posthabitis reliquis, virgo se*cuta fuit.*
Perque ipsum laribus furtim subr*epta paternis,*
Ad petram ardennam ducta pu*ella fuit.*
Nec timuit montes transire, nec asp*era saxa,*
Longinquasque vias: tanta cupido va*let.*
Hanc tamen ipse sibi iusta pro coniuge *iunxit*

---

l. 3. Capitulum X] *om. A B C; è in* Mur. — ll. 4-6. De .... alij] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* — v. 1419. Ne] Neu *B;* Ne Mur. — v. 1421. cronica] Chronica Mur. — v. 1424. credier] creditur Mur. — v. 1444. secuta] sequuta Mur. — v. 1448. valet] va *in A è scritto fra le linee su* pote *non cancellato* — v. 1449. iusta] iuxta Mur.

[1] Vv. 1417-1418. G. Ventura, cap. cit., 733: "MCLIV, secunda septembris, fuit bellum inter marchionem Gullielmum Montisferrati et cives Astenses, in quo marchio tergavit (*o meglio, come nell'edizione muratoriana:* terga vertit) confusus ". Riguardo a queste ostilità fra il comune di Asti e Federico Barbarossa prima della distruzione del 1155, pare si possa affermare "che il marchese Guglielmo, inquietato della potenza sempre crescente del comune limitrofo, colla speranza di riuscire ad assoggettarlo e a soffocare così nel primo svilupparsi una forza che avrebbe potuto nell'avvenire minacciare la sua sovranità, si sia avanzato ostilmente verso la città nel settembre 1154; che messo in fuga dagli Astigiani, si sia portato a Roncaglia a muoverne lagnanza a quel re tedesco .... " Valente, 30. Alle stesse conclusioni si accosta anche Masi, 107-108.

[2] Vv. 1419-1428. J. ab Aquis, 1538-1539, ma secon-

Legitima vt soboles exoreretur eis.
Pars Appennini est quae petra ardenna vocatur,
Ardua, siluestris, saxea et apta feris.
*Tamque alta, vt credas illam co*ntingere nubes,
Quam vidi his oculis, testis et esse queo.
Jn radice tamen Montis nunc arbor abundat
Castaneae, victum que dare sepe solet.
*Juxta hanc Garre*sij iacet hoc in tempore castrum,
Cui Domina est Ceue nobilis illa domus,
*Fortis Aledrami pa*riter de semine nata:
*Nondum Garresi*um tempus in illud erat.
*Est locus Arde*nne prope summa cacumina petre
Concauus, Inque antro saxea facta domus.
*Hic, vt Ale*dramus cara cum coniuge tutus
*Esse qu*eat, vitam ducit uterque diu,
Carbonemque facit venalem, fert et ad urbem
Albingam, multis vendit ibique viris.
Precipueque coquo memorate presulis urbis,
Cui fuit Aledramus iunctus amicicia;
Sic multos natos multos genuere per annos,
Jllic, cum magno quos aluere metu.
*Semper eni*m magni metuebant cesaris iram,
*Si senti*ret eos hoc latitare loco.
Mur., 1034 *At no*ningentis sexagintaque peractis
Atque annis septem nati ab honore Jesu,
Tendit Aledramus brisianam ductus ad urbem,
*C*ontra quam cesar bella gerebat Otho.
*Ten*dit eo tamquam seruitor presulis urbis
*Al*binge, Ipsius sic operante coquo.
A., f. 33v Et tantam pu*gnans virtutem ostendit in armis,*
Cum pau*cis multos sepe fugando viros,*
Vt nouisse ho*minem penitus deliberet ipse*
Cesar, ab *albingae Prȩsule scire volens.*
Presul Aledramum *cogit sibi dicere nomen*
Eius, promittens *omnia tuta sibi.*
Quumque audiuisset quod *filia Regis, ab illo*
Rapta, tribum mult*am iam peperisset ei,*
Ad Regem tendit, pe*tit vt sibi dicere cuncta*
Sit fas, nec quisquam *damna subinde ferat.*
Quod rex promittit; *praesul mox omnia facta*
Narrat Aledrami, coniug*is atque suae.*
Rex quamquam doleat quod filia *rapta sit ipsi,*
Quod sit raptorem sponte *secuta suum;*

v. 1452. siluestris] sylvestris Mur. — v. 1468. fuit] fit *B;* fuit Mur. - amicicia] amicitia Mur. — v. 1475. brisianam] Briscianam Mur. — v. 1477. tamquam] tanquam *B* — v. 1486. tribum multam] tribuni, multam *B* — v. 1491. quamquam] quanquam *B* — v. 1492. secuta] sequuta Mur.

do l'ordine di successione, non a ritroso come l'Astesano: “Post Aleramum primus marchio in parte Mon-“tisferrati fuit Guilliermus eius filius. Post quem se-“quitur Bonifatius eius filius. Venit filius Bonifatii “Guilliermus senex. postea qui erat in facie antiquus, “licet esset corpore iuvenis „. De Mussis, *Chronicon Placentinum* (*RR. II. SS.*, XVI), 590, copia quasi testualmente Giacomo d'Acqui.

Quum tamen ob solum factum id *deprehendit amorem,*
  Non ob contemptum, parcit *vtrique libens.*
Letaturque sibi tot natos esse *Nepotes,*
  Quos ad se acciri cum genet*rice Jubet,*
Nec mora: Aledrami consensu, *Praesul eisdem*
  Dignas se vestes mittit equos*que bonos*
Mox, ut ad aspectum Regis du*cantur honeste.*
  Ducunturque omnes, Rex uidet *ipse libens,*
Militieque ipsos confestim exornat *honore*
  Natos, datque suis oscula mille *genis.*
Quin et Aledramus posthec fit in *vrbe Rauenna*
  Marchio cum tota posteritate su*a.*
Ex qua lombardis processit multus *in oris*
  Marchio, et ex eius[a] sanguine multa *Tribus.*
Montisferrati necnon et salluciarum, A., *f. 33v*
  Necnon et Caeuae Marchio venit abhinc,
*Quique suo titulo dat no*men ab urbe Sagona,
  Quem Carrettinum publica fama vocat;
*Marchioque Jncisae, nec*non et marchio Busche,
  *Nonnullique alij quo*s memorare graue est.
Multa suo genero lombardis largus in oris,
  Oppida Caesar Otho Juraque deinde dedit,
Vt referunt veteres, vt priuilegia monstrant
  *Quae super*inde sibi cessa fuisse ferunt [1].

---

v. 1494. contemptum] contemtum Mur. — v. 1496. genetrice] genitrice *B* — v. 1503. posthec] post haec Mur. — v. 1507. salluciarum] Saluciarum *B* Mur.

[1] Vv. 1429-1516. J. ab Aquis, 1534-1538: " factus " est Aleramus milex et pincerna imperatoris Ottonis VI " Romanorum istius nominis. Tandem Aleramus ab " Alax filia imperatoris diligitur. et etiam Aleramus " filiam imperatoris amore maximo dilexit. et conve- " nientes simul ambo. scilicet Aleramus et Alax. statuta " die ambo de curia imperatoris se fugiunt.... ad alpes " comitatus albinganensis.... Est enim in illis nemo- " ribus quidam locus altissimus et desertus qui vocatur " Petra Ardena, et pervenientes ambo illuc. vix puellam " posuit in cacumine illius montis ubi de lignis et aliis " arbusculis fecit habitaculum ut melius potuit.... et " Alax sibi desponsavit in uxorem. que de Aleramo " concepit et filium unum peperit.... Consumptis vero " omnibus que secum portaverant. Aleramus et Alax " filia imperatoris cepit Aleramus facere carbonem in " illo nemore. et portare super equum quem sibi reti- " nuit Albinganam ad vendendum. et a casu carbonem " vendidit coquo episcopi albinganensis.... et factus " est coqui episcopi Aleramus familiaris.... Post mo- " dicum natus est Aleramo filius secundus.... Tertium " filium genuit Aleramus.... Postea genuit Aleramus " filium quartum.... Dum autem predicta agerentur.... " Brixienses rebellant imperatori Ottoni VI.... et mittit " imperator pro omnibus vassalis.... Vocat coquus epi- " scopi albinganensis Aleramum carbonarium.... et va- " dit Aleramus cum coquinario episcopi.... et perve- " niunt ad exercitum contra Brixiam.... Aleramus.... " se omnibus militibus Brixiensibus opponit. et vi- " riliter cum eis preliatur.... et sic.... totam Brixien- " sium militiam posuit in fugam.... Et modo currit " fama generalis per exercitum. de isto milite petit im- " perator quid sit iste miles qui tanta fecit. et non " cognoscitur, nisi quod episcopus albinganensis audit " illum esse famulum coqui sui.... Tunc episcopus se- " creto loquitur Aleramo.... et vult ab eo scire quis " est. Aleramus autem manifestat se episcopo. dicens " quod sum ipse Aleramus. qui tali tempore fui furatus " Alax filiam imperatoris Ottonis. de qua habeo qua- " tuor filios masculos.... Quod cum audisset episcopus " vadit ad imperatorem et petit ab eo secretum. qui " promittit. Et tunc totum per ordinem sub fiducia " secreti. dicit. de Aleramo que dicta sunt imperatori.... " Placatur animus imperatoris et parcit Aleramo. Vo- " cantur omnes. Episcopus statim omnibus optime ve- " stibus ornatis.... cum pulcra comitiva ducit ad im- " peratorem. Quos omnes imperator videns et flens in " gratiam recepit.... filios militis Alerami omnes quatuor " statim manu sua accinxit in milites.... Privilegium " vero datum est Alcramo de marchionatu suo in civi- " tate Ravenna de anno Jeshu Christi DCCCCLXVII.... " Et sibi et.... filiis suis supradictis.... de quibus.... " nati sunt omnes marchiones circumstantes.... de Car- " reto. etiam de Salutiis. de Buscha. de Clavexana. de " Ancisa.... marchiones Montisferrati ". Nella cronaca attribuita al De Mussi, che secondo Gorrini, 240, nota, è " in sul principio " fonte di Antonio Astesano, vi è corrispondenza, con questo, solo per il particolare a-

Et merito, si quidem stirps hec uirtute probata
*Ac de Caesa*reo sanguine nata fuit.
*Ex his, frat*er, habes fuerit que stirpis origo,
Marchio qua tantus dicitur esse satus.

ANTONIJ ASTESANI PRIMI DUCALIS ASTENSIS *SECRETARIJ* DE EIUS VITA ET FORTUNE UARIETATE *LIBER SE*CUNDUS EXPLICIT.

v. 1517. si quidem] siquidem Mur. — v. 1519. fuerit que] fueritque *B* — ll. 5-6. Antonii.... explicit] *in A è scritto con inchiostro rosso*

cennato nella nota precedente; nel resto, come dice lo stesso Gorrini "è sobrio, e in lui, più che sviluppata, "è solo accennata la famosa leggenda d'amore". Concorda però con il poeta nel nome dell'Imperatore, Ottone I, che in Giacomo d'Acqui è detto Ottone VI, il quale, anche tenendo conto del modo con cui questo cronista designa i varî Ottoni, non può corrispondere a Ottone I nell'ordine di successione ma solo nella data. L'Astesano nel v. 1428 lo chiama Ottone I, valendosi di quanto sulla scorta del Fiamma già aveva esposto in *De Origine*, f. 32 *v* sgg.: quanto alla data, che si legge ai vv. 1473-1474, essa è presa da Giacomo d'Acqui, solo che questo la dà a proposito del privilegio concesso ad Aleramo, il poeta invece a proposito della guerra contro Brescia. Il particolare dei vv. 1435-1436, relativo alla traslazione dell'impero di Roma ai Germani, è un riflesso di quanto è esposto in *De Origine*, ff. 31 *v*-32 *r* e 32 *v* sgg., ripetuto più sotto dai vv. 1975-1976, e accennato in J. ab Aquis, 1528. Il passo di fra Giacomo d'Acqui relativo alla leggenda aleramica è riferito testualmente come di questo autore da B. da San Giorgio, 314 sgg., il quale poi altrove (cc. 337, 338, 348, 357-358, 358), pur riferendo testualmente passi della medesima cronaca, li indica come passi di "incerto autore" oppure di "un autore il cui nome non mi è "cognito". A c. 337 vi è appunto il passo relativo al soprannome di Guglielmo il Vecchio, corrispondente alla c. 1539 di Giacomo d'Acqui.

INCIPIT TERTIUS Mur., 1635

AD NICOLAUM EIUS FRATREM

*T*Ertius inde liber, frater Nicolae, sequetur,
    Alter namque satis grande volumen habet.
Percurras igitur iocundo pectore queso
    Quicquid fraternus continet iste liber.

[CAPITULUM PRIMUM].

DE GESTIS FEDERICI BARBERUBEE IMPERATORIS ET DE *DESTR*UCTIONE MEDIOLANI PER IPSUM FACTA. NECNON *DE* ORIGINE CIUITATIS ALEXANDRIE.

SEd quia de *saeuo Federico mentio facta est,* A., *f. 34 r*
    Institui de se *plura referre tibi;*
Ex quibus a*gnosces fuerit quae partis origo,*
    Que tanta ital[*ico*] *dat nocumenta solo.*
Vnde satis poteris, fra*ter Nicolae, videre*
    Quam sint dementes q*uos ea cura mouet.*
Mille et centenis annis *labentibus, atque*
    Quinquaginta tribus, *nati ab honore Jesu,*
Electus miro fuit induper*ator is astu* [1],
    Cui genus antique nobi*litatis erat.*
Namque gibellino satus est de san*guine; plures*
    Induperatores edidit illa domu*s.*
Induperatores henricos quattuor *ante*

---

ll. 1-2 Incipit.... fratrem] *in A è scritto con inchiostro rosso* — l. 1. Incipit] *in* Mur. *segue* Liber — l. 3. TErtius] T *in A è scritto con inchiostro rosso* — l. 7. Capitulum primum] *om. A B C; è in* Mur. — ll. 8-9. De.... Alexandrie] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* — v. 1521. SEd] S *in A è scritto con inchiostro rosso* — v. 1524. ital[*ico*]] placido *B* Mur.: *in A è rimasto solo più* ital — v. 1526. dementes] clementes Mur. — v. 1527. centenis] centennis *B* — v. 1533. quattuor] quatuor Mur.

[1] Vv. 1527-1529. *Galvagnana*, f. 71 *r*: "[A]Nno "domini MCXLVI (nella redazione detta *Valison*: "MCLIII).... Federicus barbarubea fuit factus impe-"rator.... in hunc modum. Dum enim ellectores im-"perij non concordarent de elligendo imperatore. una-"nimiter se compromiserunt in federicum barbam ru-"beam. comitem de sveph et qui erat dux sueuie. qui "non erat de numero ellectorum. ut elligeret unum ydo-"neum principem in imperatorem quo facto. Federicus "terminum trium dierum petijt. Et tertio. die se in "imperatorem ellegit dicens. Ego sum melior miles "mundi. nobilior genere. et inimicis terribilior. quod "si aliquis michi vult contradicere duelli certamen dif-"finiat ueritatem. Placuit uniuersis et in regem alla-"manie coronatur". La frode di Federico è descritta dal Fiamma anche in *Manipulus Florum*, 633, non con le stesse parole. L'Astesano la riferisce anche in *De Origine*, f. 30 *r*, dove la data dell'elez. è anche 1153 come nel *Carmen*. È da notarsi la corrispondenza della data fra l'Astesano e la redaz. della Galvagnana detta *Valison*.

Conradosque duos edidit illa do*mus*[1].
Hic federicus erat scophius comes *atque Sueuus*
Dux[2], qui vir fortis magnani*musque fuit.*
Venit lombardas primum Federicus *in oras*
Vt diadema suum posset habere *caput,*
Qui Mediolani portas intrare *nequiuit.*
Que quamuis animo res foret egra *suo,*
Dissimulare tamen voluit, diadema*que cepit*
In templo Ambrosius quod pater *urbis habet;*
Quod tunc extra vrbem fuit, at nunc *clauditur intra*[3]
Menia, que post hos facta fuere dies[4].
A., f. 34 v *Jnde subiratus discedit Cae*sar et vrbis
Laudensis versus moenia tendit iter.
Dehinc in Ronchalijs paulum requiescit, ibique
Consilium prudens congregat ipse suum,
Vt reperire modum possit quo fortibus armis
Lombardum valeat supposuisse solum.
*Quumque ibi consule*rent varij diuersa, Murellus
Prole Malaspina Marchio progenitus,
Vtile Consilium se dicta luce daturum
Promittit, quo rex quod petit accipiet.
*Mox quum coe*naret rex, affert marchio turtam
Regi, et consilium dicit id esse suum:
*Quod velu*ti turte bonitas occulta tenetur
*Tem*pore quo turtam subtegit ipsa cutis;
Quum vero turte cutis est ablata, patescit
Jpsius bonitas grandis, edique potest;
*Sic Me*diolanum cutis instar presidet omni
*Lomb*arde genti, quam tegit atque regit.
Quo sibi presidio duranti, tempore nullo
*G*ens lombarda aliquo posset ab hoste premi.
At si presidio rex hanc priuauerit illo,
*T*unc leuiter fiet subdita tota sibi;

---

v. 1540. Que] *in A è scritto fra le linee su* Et *sottolineato* — v. 1552. progenitus] *in A è scritto fra le linee su* prole satus *parole sottolineate* — v. 1553. daturum] dicturum *B* — 1565. rex] *in B segue cancellato* pri

[1] Vv. 1530-1534. *Galvagnana*, f. 71 *r*: "Genus istius "federici barberubee fuit antiquum ualde et nobile. "Quia secundus imperator per ellectionem conradus "gybelinus nomine genuit filiam quam dedit in uxorem "henrico gybelino de qua natus est henricus imperator "huius nominis secundus. de isto natus est henricus "tertius de isto natus est henricus quartus imperator. "hic genuit conradum qui fuit imperator. et genuit "federicum comitem de scoph de quo natus est federicus "barbarubea ". Contando quattro imperatori di nome Enrico e due di nome Corrado prima di Federico I, l'Astesano si attiene anche a Giacomo d'Acqui, il quale, a c. 1568 già citata nella nota ai vv. 787-804 e a cc. 1546, 1549, ripetutamente avverte che nell'enumerare gli Imperatori bisogna tener conto che il primo Enrico non fu imperatore. Lo stesso è a dirsi per i due di nome Corrado, perchè il medesimo cronista, a cc. 1544-1545, esclude Corrado I, che fu solo re di Germania; ma l'Astesano considera come Imperatore anche Corrado III, del quale J. AB AQUIS, 1553 dice: "Conradi regis.... vel "imperatoris sine corona ".

[2] Vv. 1535-1536. Cf. il passo della *Galvagnana* riportato nella nota ai vv. 1527-1528: "comitem de scoph "et qui erat dux sueuie ".

[3] Vv. 1537-1543. *Galvagnana*, ff. 71 *v*-72 *r*: "Jmperator per taurinum transiens mediolanum peruenit in "MCLIIII. atamen ciuitatem intrare non potuit.... "Tunc extra ciuitatem in ecclesia sancti ambroxij fuit "coronatus ". *De Origine*, f. 39 *v*, pone la venuta di Federico in Italia al 1155.

[4] Vv. 1543-1544. Queste parole potrebbero far supporre che l'Astesano conoscesse la città di Milano. Cf. anche il v. 1860, le parole del quale possono dar luogo alla stessa supposizione.

Tunc eius poterit bene rex gaudere tributis,
Tunc illam comedet, tunc erit esca sibi [1].
Heu heu quanto*rum fuit illud causa malorum* A., *f.* 35 *r*
Consilium! *quantum fecit in orbe metum!*
Ut lupus ad pre*dam quum plenum sentit ouile*
Incensus prede que*rit habere viam,* Mur., 1036
Atque omni studio mox *insidiatur ouili*
Expectans auidam *posse replere gulam;*
Sic inflammatus totus *Federicus ab illo*
Consilio, italicas carp*ere gestit opes,*
Et Mediolanum, cunctar*um, vt dixerat ille,*
Esse putans portam, que*rit habere prius.*
Ergo satis merito potuit ma*la spina vocari*
Que tantum valuit punger*e corda viri;*
Non potuit tantum per vite tota *mereri*
Tempora, iudicio vir malaspina *meo,*
Quantum demeruit, federico ta*le ferendo*
Consilium, vnde ferus redditus *ille fuit.*
Nam ne narrando consumam tempo*ra longa*
Hec, que propositi non reor esse *mei,*
Primum destruxit, combussit et *igne Rosate,*
Mox abiate pari destruit ille mo*do.*
Dein galiate capit, Trechateque et om*nia vastat*
Que Mediolani nouerat esse *soli.*
Hinc adit Astensem, multis et tur*ribus vrbem* Ruina urbis astensis
Priuat, et ipsius menia multa ruit [2].
Cuius causa fuit Gulielmus Marchio, ne*c non*
Astensis presul, rettuli ut ante tibi [3].
Hinc Rex Terdonam capit et mox diruit illam, A., *f.* 35 *v*
Post haec romane tendit ad urbis iter.
Hic Adrianus eum sacro diademate compsit

---

v. 1569. Heu heu] *il secondo* heu *in B è scritto fra le linee* — v. 1570. consilium!] *om. punto esclamativo B* — v. 1579. mala spina] malaspina *B;* Malaspina Mur. — v. 1586. propositi] praepositi *B* — v. 1589. galiate] Galliate *B* Mur. - Trechateque] Rechateque *AB;* Trechateque Mur. — v. 1591. Hinc] *in A precede cancellato* Posthec - adit] addit *B* — v. 1594. rettuli] retuli *B* — v. 1595. *a questo verso in A precedono, cancellati con inchiostro più chiaro, i vv. 1409-1412* Cuius.... vetus — v. 1597. Adrianus] Hadrianus Mur. - eum] cum *B;* eum Mur. - compsit] comsit Mur.

[1] Vv. 1545-1568. *Galvagnana*, f. 72 *r*: "Circa festum andree apostoli uersus laude equitans. Fidelitatis sacramentum ab eis exegit.... Facta fidelitate imperator in ronchalijs conscilium conuocauit.... [*I*]N isto conscilio supradicto. conuocatis baronibus principibus et prelatis scis[*c*]itatus fuit quomodo in prouintia lombardie posset in pace teneri. Diuersis itaque diuersa conscilia dantibus. quidam marchio murclus malaspina. ait hodie tibi conscilium meum dabo. Et hora cene imperatori turtam presentauit. et ait hoc est conscilium meum. Imperator admiratus ait. Et quid est hoc. Ille marchio uir fraudolentus respondit. Ista turta bona est. sed dum erit cohoperta nichil ualet. discohoperta undique se prebet ultro comedenti. sic est de ytalia. cuius cohoperculum et corona est ciuitas mediolanensis. stante cohoperculo. nichil de ra(m)pinis et tributis ytalie gustare poteris. Destrue primo mediolanum. et totam ytaliam subiugabis". Anche in *Chronicon maius*, 673, ma non con le stesse parole.

[2] Vv. 1587-1592. *Galvagnana*, f. 72 *r-v*: "Jnito conscilio.... imperator.... intrauit rosate. vbi consumptis cibarijs terram igne consumpsit. Et cum peruenisset abyate transito ponte tycini. ipsum pontem destrui iussit.... Et cum mirabili furia equitans duo castra eclexie mediolani. scilicet galiate. et trecate inuasit. murum de galiate cum quatuor eius turribus ad terram deiecit. Mo[*m*]um et trechate destruxit. Et ultra padum castramentatus. ciuitatem astensem expugnauit".

[3] Cf. la nota ai vv. [illegible], dove si parla della parte avuta dal vesc. e dal march. nella distruzione di Asti.

*Pappa, et ei i*ustum contulit imperium.
Jndeque discedens spoleti destruit urbem,
Quumque ad verone menia ferret iter,
*Montisferrat*i fit deinde vicarius eius
Marchio, cui nomen tunc Gulielmus erat.
*Nec m*ora; germanas pergit federicus ad oras,
*Jn qu*ibus ipse annis mansit abinde tribus.
*Dein red*it in latium, brixianaque predia vastat,
Atque eius villas, multaque castra capit.
Quum Mediolanum peteret, Modoetia ternum
*Q*uod nondum dederat, dat diadema sibi [1].
*Hinc t*ritium capit, et castrum mirabile condit,
Hic et thesauros linquit abinde suos,
Atque Beatricem, quam secum duxerat ipse
*Vxo*rem, vt bellis possit abesse suis.
Mox Mediolanum rex fortiter obsidet urbem [2],
Quem lombarda omnis patria pene iuuat.
Precipue Astensis gens auxiliatur eidem [3],
Ex quo Rex populo conciliatur ei.
*Hic Rex Asten*si regalia contulit urbi
Et libertatis plurima Jura bone.
*Jussit et Jmpe*rij cameram reputarier illam,
Cui multas uillas multaque castra dedit;
*Vt satis osten*dunt et priuilegia monstrant,
Que tum concessit rex Federicus ei
Quum mille et centum, cum quinquaginta nouemque
Anni transissent nati ab honore iesu [4].
A., *f.* 36 *r* Interea mori*tur Adrianus Pappa, quod egre*
Rex fert, nam*que sibi magnus amicus erat.*
Alexander pappa tertius Quum pappam *eligerent Prelati, portio ternum*

---

vv. 1598 *e* 1625. Pappa] Papa Mur. — vv. 1604 *e* 1610. abinde] ab inde Mur. — v. 1605. brixianaque] Brixcianaque *B;* Brixianaque Mur. — v. 1609. tritium] Tricium Mur. — v. 1612. possit] posset *B* Mur. — vv. 1615-1624. Precipue.... iesu] *questi cinque distici in A sono aggiunti nel margine inferiore del foglio, immediatamente dopo il verso precedente che dovrebbe essere l' ultimo del foglio, su due colonne, cioè con gli esametri a sinistra e i pentametri a destra* — v. 1625. Adrianus] Hadrianus Mur. — v. 1627. pappam] Papam Mur.

[1] Vv. 1595-1608. *Galvagnana,* ff. 72 *v*-74 *v*: " imperator.... tretonenses citauit qui comparere contempserunt. Ex hoc imperator illam ciuitatem obsedit.... tandem tretona superatur et destruitur.... Qui imperator uersus romam equitans. per adrianum papam fuit in roma coronatus.... similiter spoletum destruxit.... Et perueniens ueronam.... super totam ytaliam fecit suum uicarium generalem gulliermum marchionem montisferrati. Et in alamaniam equitauit. ubi per tres annos moram contraxit.... [*A*]Nno domini MCLVIII.... imperator disposuit omnino ueni-re.... Et primo fuit a[*g*]gressus ciuitatem brixiensem. usque ad muros.... Et per xv dies continuos destruxit campos uineas. castra. et uillas.... et.... transito fluuio abdue peruenit cumas. Et in festo paschatis pentecostes. vt dicit cronica danielis. in modoetia fuit incoronatus ". La " cronica danielis " è la *Chronica Danielis de Comitibus Angleriae* edita da Cinquini, *Una cronaca milanese inedita del secolo XIV* (estratto dalla Miscellanea di Storia Ecclesiastica, IV, 1906); ma nessun passo di questa cronaca corrisponde a questa asserzione del Fiamma.

[2] Vv. 1609-1613: *Galvagnana,* f. 74 *v*: " postea iuit tritium. et muro et turri mirabili communiuit. imperatricem ibi dimisit. thesauros mirabiles quos de alamania at[*t*]ul(l)erat. in illo castro recondidit.... et vi augusti mediolanum uenit. et ciuitatem obsedit ". Il nome di Beatrice, dato dall'Astesano alla moglie dell'Imperatore, e non dal Fiamma in questo luogo, ricorre ripetutamente in *Galvagnana,* ff. 76 *r* e *v*, 83 *r*.

[3] Vv. 1614-1615. *Galvagnana,* f. 75 *r-v*: " Item ciuitates ytalie plures. fuerunt cum imperatore contra ciuitatem mediolanensem. scilicet.... ast ".

[4] Vv. 1617-1624. *Codex Astensis,* n. 6. Su questo diploma vedi la citata opera del Valente sulle relazioni fra Asti e Federico I, a p. 44 sgg.

Maior Alexand*rum per sua vota legit;*
At minor ipsa leg*it victorem nomine quendam,*
Quod quum sensiss*et Induperator opus,*
Ad se se acciri delect*um mandat vtrunque,* Mur., 1037
Vt queat ex illis, q*uem velit, eligere.*
Ternus alexander reg*i parere recusat,*
Se iustum pappam le*gitimumque tenens;*
Nec se se auxilij putat im*perialis egere*
Nec vult confirmet Indup*erator eum.*
Auxilium at cupiens federici *victor habere,*
Quo possit tanti iura te*nere gradus,*
Confert ad magnum se gressu *supplice Regem,*
Quem verum pappam rex *probat absque mora.*
Hunc quoque romani, mandato *Caesaris amplo,*
Suscipiunt, sedi pontificisque l*ocant.*
Exul alexander gallorum tend*it in oras*
Pappa et perlongo tempore re*stat ibi*[1].
Quum Mediolanum cinxisset tem*pore quodam*
Rex et dura vrbi bella dedisset *ei.*
Tandem facta sibi est cum pactis urbis *honestis*
Deditio; portas non init ille tamen.
*Sed confert alias se se fest*inus ad oras, A., *f.* 36*v*
*Acceptaque fide, pace d*ataque sibi.
*At pax hoc paruo dura*uit tempore, nam rex
*Promissa incepit fra*ngere pacta sibi.
Quod Mediolani prestantes pectore et armis
Magnanimi Ciues non voluere pati.
*Sed reicerunt le*gatos regis ab urbe
*Quos Mediol*anum miserat ille ferus.
Tum Caesar iurat numquam diademate comi
*Ni Mediolan*um subdat is ante sibi.
Cui publice indicit bellum, gentesque relinquit
*Quae Me*diolano grandia bella ferant.
Ipse tamen propter non parua negocia regni,
Germani in patriam cogitur ire suam.
*Tunc C*omes angleria Galuagnus prole creatus
*In Regi*s gentes aspera bella facit,
*Et Me*diolani supponere ciuibus optat
*Qu*ecumque abstulerat rex violenter eis.

v. 1629. quendam] quemdam Mur. — v. 1631. vtrunque] utrumque Mur. — v. 1634 *e* 1640. pappam] Papam Mur. — v. 1638. possit] posset *B* Mur. — v. 1644. Pappa] Papa Mur. — v. 1647. Tandem] Tamdem Mur. — v. 1655. reicerunt] rejecerunt Mur. — v. 1657. numquam] nunquam *B* — v. 1661. negocia] negotia *B* Mur. — v. 1666. Quecumque] Quecunque *B*

[1] Vv. 1625-1644. *Galvagnana*, f. 75 *r-v*: "Tunc temporis imperator audita morte adriani pape amici sui multum doluit. Mortuo adriano quarto .... Cardinales in ellectione summi pontificis diuisi duos el(l)egerunt scilicet alexandrum tertium qui habuit plures uoces. Et quendam alium qui dictus est uictor .... Imperator ambos citauit.... uolens discernere quis eorum esset uerus papa. Alexander uerus papa comparere contempsit.... victor antipapa comparuit. quem imperator esse uerum papam declarauit. Et mittens eum roma[m] a romanis receptus est et in apostolica sede collocatus fuit.... Alexander uerus papa cum paucis cardinalibus in franchiam fugit „. L'antipapa assunse il nome di Vittore IV.

*Obside*t hinc tricij forte et mirabile castrum,
   *Q*uod tandem armorum uiribus ipse capit.
*Caesa*reosque rapit thesauros, truncat et omnes
   Quos ibi theutonicos comperit esse viros.
A., f. 37 r — Scribit alexan*der qui Gallis exul in oris*
   Pappa erat, *his, vt ei fortia bella gerant,*
Vt Mediolanum *bello tueantur ab acri*
   Cesare, promittens *his adhibere manum;*
Declarans publica fede*ricum voce prophanum*
   Et quicumque suo fa*uerit Jmperio*[1].
Tum Mediolani ciues se *dedere summo*
   Pontifici statuunt, eclesi*aeque sacrae.*
Expugnantque graui mox *oppida plurima* bello,
   Que tum parebant *Caesaris Jmperio.*
Talia crudelis tendunt ad ces*aris aures:*
   Tertio in italicum tum venit i*lle solum*
1160 — Quum mille et centum cum sex*aginta meassent*
   Anni post natum virgine ma*tre Jesum.*
Tunc inter dictas varia est v*ictoria partes,*
   Quum fieret bellum parte ab *utraque graue.*
Tandem tam magnis rex viribus *obsidet vrbem,*
   Nullum vt viuendi munus ini*re queat.*
Antipappa etenim Victor cum genti*bus illuc*
   Venerat innumeris regis in auxil*ium.*
Qui Mediolani ciues iubet esse pro*phanos*
   Ni sese subdant cesaris imperio[2].
Rex ob viuendi defectum sperat habe*re*
   Vrbem, quum cereris nulla ibi dona forent.

---

v. 1668. tandem] tamdem MUR. — v. 1672. Pappa] Papa MUR. — v. 1674. Cesare] Caesari *B* - promittens] *in B segue cancellato* hs — v. 1675. prophanum] profanum MUR. — v. 1676. quicumque] quicunque *B* — v. 1678. eclesiaeque] ecclesiaeque *B* MUR. — v. 1683. *la data posta di fianco a questo verso in A è scritta con inchiostro nero dalla solita mano del secolo XVII* — v. 1687. Tandem] Tamdem MUR. — v. 1689. Antipappa] Antipapa MUR. — v. 1691. prophanos] profanos MUR.

[1] Vv. 1645-1676. *Galvagnana*, ff. 75 *v*-76 *r*: "[*A*]Nno "domini MCLVIIII.... Imperatore obsidente ciuitatem. "tractatur de pace. Et ista fuerunt pacta quod impe- "rator iurauit quod nunquam intraret portas ciuita- "tis.... Et ciuitatem de ban[*n*]o extraxit. et modoetiam "equitauit.... Et misit duos nuntios ad ciuitatem me- "diolanensem.... ut sibi datum potestatem reciperent. "Et facta eorum ambaxiata in pallatio comunitatis. co- "mes galuagnus respondit quia imperator contra pacta "scripta facit dans nobis rectorem non obedimus. Et "inter alios fuerunt tres qui reclamauerunt et nuntios "imperatoris expulerunt.... Ex hoc turbatus imperator "iurauit quod nunquam capiti suo coronam imponeret. "nisi prius de ciuitate mediolanensi triumpharet.... "Et in tritio posuit conradum de mazze. cum c mili- "tibus ut totum comitatum nostrum deuastaret. Et ipse "propter imperii negotia in allamaniam equitauit. Et "statim galuagnus comes englerie cum maximo exercitu "tricium obsedit et superauit. omnes thesauros impe- "ratoris ibi reconditos abstulit. theutonicos omnes in- "terfecit. [*A*]Lexander papa in franchia exul existens "scripsit comiti galuagno et ciuibus de mediolano quod "fortiter contra imperatorem pugnarent.... Et misit "unum legatum.... qui ueniens mediolanum super pul- "pitum ecclexie maioris cons[*c*]endit. Et imperatorem "sententia excomunicationis innodauit ".

[2] Vv. 1679-1692. *Galvagnana*, ff. 75 *r*-76 *v*: "Tunc "mediolanenses totum seprium et marthesanam destru- "xerunt " e altri luoghi intorno a Milano, corrispondenti agli *oppida plurima* dell'Astesano. "[*I*]Terum de "allamania exiens cum beatrice a[*u*]gusta in ytaliam "redijt. iam tertia uice anno domini MCLX " e dopo parecchi assedî ed espugnazioni di varî luoghi "totam "contratam deuastauit. et posuit cc milites in ripalta "sica. et totidem in sancto euasio iuxta tritium. ut "prohiberent ne de placentia uel brixia uictualia ad "ciuitatem portarentur.... Et uenit ad ipsum uictor "antipapa romanus cum mirabili exercitu tuschorum. "siculorum. Et mirabiles sententias contra ciuitatem "mediolanensem fulminauit ".

*Sed Comes hic miro G*aluagnus fungitur astu, A., *f.* 37 *v*
Multum ut frumentum monstret adesse sibi.
*Plusquam millenos nam s*achos implet harena,
Quos poni in medio precipit inde foro.
Jlle triumphali poterat locus aspici ab arcu,
*Quem sibi s*ubdiderant cesaris arma prius;
*Vnde quibus com*missa fuit custodia dicti
*Arcus rem sp*ectant significantque sibi.
Dum Rex esse vrbi cerealia munera sentit
*Tanta, ha*nc non sperat subdere posse magis,
*Peneque i*am victa discedit ab urbe, suasque Mur., 1038
A dicta gentes obsidione mouet[1].
*Tum p*irouanus erat Vrbanus presul in vrbe, *Vrbanus de Pirouanis Archiepiscopus Mediolani*
Qui comitum anglerie valde inimicus erat;
*Quo*s Mediolani cupiens repellere ab urbe
Et fieri dominus solus et vrbis herus,
Fingit cesaream se velle exquirere pacem,
Vtque ipsum regem possit adire petit.
*Prae*sulis huius erant fautores plurimi in vrbe
*An*glerieque hostes anguigereque domus.
At populus simplex, in sacro presule fidens,
Ad regem gressus dirigat ille cupit.
Ergo petit re*gem, componit pactaque secum,* A., *f.* 38 *r*
Vt dicta an*gleriam pellat ab vrbe tribum,*
Constituatque ip*sum dominum, qui tempus in omne*
Annua cesareo *dona det Jmperio;*
Nec tamen vllo vrb*is Rex intret tempore portas*
Dum secus angleriam *pellat abinde domum.*
Inde redit presul, comm*endat Caesaris acta,*
Clementemque illum pre*dicat esse virum;*
Promittens quod rex non *ingrederetur in urbem*
Nec damna inferret ci*uibus ulla suis.*
His Mediolanum promissis *fallitur amplis,*
Datque potestatem ciuibus i*nde tribus,*
Vt cum rege ipso valeant con*cludere pacem.*
Qui tres mox sese Regis ad *ora ferunt*

---

v. 1697. sachos] saccos Mur. - harena] arena *B* Mur. — v. 1703. vrbi] vrbis *con la* s *espunta e cancellata A*; ibi *B* Mur. - v. 1714. anguigereque] anguigieraeque *B* - v. 1718. pellat] pellit *B* — v. 1730. sese] se *B* Mur.

[1] Vv. 1695-1706. *Galvagnana*, f. 77 *r*: "[*C*]Omes "galuagnus englerie. dominus ciuitatis conuocatis XII "consulibus. et credentie iudicibus. ait. Ego habeo "plusquam $\overline{\text{V}}$ modia bladi. et sum paratus ponere in "uerzario die crastino. et fecit impleri plusquam M "saccos de sabulo. et ad uerzarium portari. Custodes "imperatoris qui erant super archum triumphalem. ut "uiderunt mercatum blado. omnis. pul[*l*]is et leguminibus "plenum dixerunt. O domine tota ciuitas est plena "blado. Imperator stupefactus arcum cons[*c*]endit. et ui"dens uictualium copiam quasi desperatus de obsidione "recessit „. Lo strattagemma, che nella *Galvagnana* e nel *Carmen* è attribuito al conte Galvano, in *Chronicon maius*, 679, invece è attribuito a Viviano "secundus do"minus civitatis et consanguineus germanus comitis "Galvanei „. La confusione è prodotta da ciò che la *Chronica Danielis*, a cui attinge il Fiamma, lo attribuisce ad entrambi: Cinquini, 20: "factum fuit unum gene"rale consilium, in quo fuit ordinatum per comitem "Galvaneum et Vivianum consanguinei germani .... „. In *De Origine*, f. 40 *v*, dove questi avvenimenti di Milano sono narrati assai più compendiosamente, l'Astesano non fa parola di questo stratagemma, dice però che l'Imperatore "quasi desperatus ab obsidione di"scessit „. In *Flos Florum*, f. 146 *v*, lo strattagemma è attribuito a Viviano "consanguineus comitis Galuanei „.

Et curant vt rex Laudensem *tendat ad vrbem,*
Quo melius fiant federa *pacis ibi.*
Ad quem vrbis claues portantur, *et omnia Regum*
Que Mediolanum signa tene*bat adhuc.*
Sexcentos Ciues ad se iubet ille *venire:*
Centum pro porta qualibet *vrbis eunt.*
A quibus imperium tradi sibi pos*tulat urbis*
Cesar, et, his iurans, obligat ipse *fidem,*
Quod Mediolani nullo vnquam tempore *portas*
Intrabit, celeri cedet et inde gradu.
*Parti vtrique placet: firman*tur federa pacis [1],
Que durare tamen non potuere diu.
Nam Mediolani Praesul cunctique sequaces
Ad se Regem animo sollicitante vocant,
*Vt prolem Angler*iam possint depellere ab urbe;
*Neu Rex peri*urus dicier ipse queat,
*Frangere constit*uunt muros et menia tantum,
*Vt sine port*a urbem cesar inire queat.
*Caesar init, fr*actis, cum presule, menibus, urbem,
Promittens paruam ducere in vrbe moram.
Sed quando populi fuit ipse palacia iuxta,
*Per f*amulos ab equo tollitur ipse suos,
Et sese famulis violari fingit ab illis,
Quum precepisset sic tamen ante sibi.
Dum rex ascendit dehinc ipse palacia, presul
*Con*queritur quod ei frangeret ipse fidem;
Jlle refert sese violatum frangere pacta,
Quum nequeant facti rumpere Jura viam [2].

---

v. 1731. curant] *in A è scritto fra le linee su* faciunt *cancellato* — v. 1735. ille] *in A è scritto fra le linee su* inde *non cancellato* — v. 1736. porta] portat *colla* t *cancellata A* — v. 1739. vnquam] umquam Mur. — v. 1744. sollicitante] solicitante *B* — vv. 1751 *e* 1755. palacia] palatia Mur. — vv. 1753 *e* 1757. sese] se se Mur. — v. 1758. facti] *in A segue cancellato* flacti

[1] Vv. 1707-1741. *Galvagnana*, f. 77 *r-v*: "[*T*]Unc "archiepiscopus (*Ubertus de Pirovanis*) cum suis com- "plicibus proditoribus pertendentes quod uellent inter "comitem galuagnum. et imperatorem componere. petie- "runt ut possent extra ciuitatem ad imperatorem exire.... "Tunc inter imperatorem et archiepiscopum pacta fa- "cta de nouo sunt. videlicet quod extirpato dominio "comitum englerie archiepiscopus esset dominus ciui- "tatis. et ipse daret et omni anno $\overline{\text{VI}}$ libras tertiollo- "rum. Item quod imperator per portas ciuitatis nun- "quam intraret dummodo comites englerie de ciuitatis "dominio extirpare posset.... Archiepiscopus mediola- "num redijt. imperatorem de misericordia et clementia "comendauit. et firmiter promisit. quod imperator non "intraret mediolanum nec ciuitatem destrueret.... Et "data est potestas ut de pace tractarent scilicet osse "de ossis. et alberto filio eius. et anselmo de orto. "Isti uenerunt ad imperatorem postulantes. nec aliquod "pactum petierunt. nisi quod imperator iret laude ubi "dominium ciuitatis sibi dare uolebant. Imperator iuit "laude. Et centum pedites duxerunt carrocerum por- "tantes claues ciuitatis et tubas. et omnia regalia in- "signia. Et.... uoluit quod de ciuibus $\overline{\text{VI}}$ mitterentur. "scilicet centum pro porta quibus imperator iurauit si "uultis michi dominium ciuitatis dare imposito ibi uica- "rio meo statim recedam. nec per portas ciuitatis ingre- "diar. placuit utrique parti ". Il nome dell'Arcivescovo "Uberto " per il Fiamma, e non solo in quest'opera, ma anche in tutte le altre, è "Urbano " per l'Astesano. Ma evidentemente per distrazione, perchè in *De Origine* è sempre chiamato Uberto. Vedi *Introduzione*, p. LVIII.

[2] Vv. 1743-1758. *Galvagnana*, f. 77 *v*: "Tunc pro- "ditores.... uolentes quod imperator ueniret mediola- "num. ut comites englerie destrueret. Ordinatum fuit "quod ne periurius uideretur. (quod) murus ciuitatis "iuxta ecclexiam sancti andree ad murum ruptum ut "im(m)it(t)ator foret sceleris et proditionis lamberti "predecessoris sui qui ob hanc causam fecit murum "frangi. ad sanctum michaelem ibi iuxta [*frangeretur*]. "Et intrans per muri fracturam in ciuitatem assotiatus "per archiepiscopum et alios nobiles. cum promisisset "statim exire cum ad broletum uetus deuenisset.... fecit "se per suos seruos de equo quasi uiolenter deponi. Cum- "que pallatium comunitatis conscendere uel[*l*]et. Vber-

*Anti*pappa etenim secum hanc intrauerat urbem
*At*que armatorum milia multa virum.
Tum rex anglerie sobolem quasi destruit omnem,
*N*am sexaginta tres facit ipse mori,
*Vi*gintique duos germanas mittit in oras,
Qui nunquam in patriam post rediere suam [1].
Euadit stragem *solus viuianus iniquam,* A., *f.* 39 *r*
Qui prole *ex tanta fugit ab inde procul* [2];
Nec secus ac Fabius, qui, quum cecidere trecenti,
Restitit et multum protulit inde genus.
Porro progen*uit Viuianus, vt arbitror, omnes*
Quos ex ang*uigera vidimus esse Tribu.*
Tum sacre ecles*iae spoliantur, multa librorum*
Copia predicta *fertur ab vrbe foras* [3],
Que mox germanas *infelix fertur ad oras,*
In patriam numquam pos*t reditura suam.*
Hei mihi quam multos, ill*o sub tempore, quantum*
Perdidit egregios ita*la terra libros!* MUR., 1039
Quos de Republica pre*stantes Tullius ipse*
Scripsit abhinc potuit *nemo videre libros;*
Nec quas fundata memorau*it Crispus ab vrbe*
Historias, ne nunc perdita p*lura querar.*
Nulla est germanis aut paruu*la cura librorum,*
Quos ars rhetorices eloquij*que tenet.*
Hinc est quod nostra liber est etate *repertus*
Vrbe in Germana decolor atque *niger,*
Et qui sub quodam bancho per *tempora longa*
Extiterat tanquam vilis ut alga *foret;*
Integer ille tamen, nullaque a parte *minutus*
Qui prius hic longo tempore fr*actus erat:*
Rhetorica scripsit quem quintilianus *in arte,*
Quem tenet egregium lingua latina *librum* [4].

---

v. 1759. Antipappa] Antipapa MUR. — v. 1760. milia] millia MUR. — v. 1764. nunquam] numquam MUR. vv. 1767-1770. Nec.... Tribu] *questi due distici, del primo dei quali rimane solo più una piccolissima parte illeggibile, e del secondo solo il principio di ciascun verso, in A erano scritti nel margine superiore del foglio, ma non vi ha più traccia di richiamo* — v. 1771. eclesiae] ecclesiae *B;* Ecclesiae MUR. — v. 1774. numquam] nunquam *B* — v. 1776. itala] ita *in A è scritto fra le linee su* ing *sottolineato* — v. 1777. Republica] re publica *B* — v. 1778. abhinc] ab hinc MUR. — v. 1786. tanquam] tamquam MUR. — v. 1788. fractus] factus MUR.

" tus archiepiscopus ait. O domine uos facitis contra " pacta. respondit imperator. ego non sum in culpa. quia " uiolenter sum de equo deiectus ". L'aneddoto ha riscontro in quanto Landolfo seniore racconta intorno a Lamberto: LANDULFI, *Historiae Mediolanensis* (M. G. H., VIII), 46, su cui vedi SAVIO, *La Datiana Historia*, 89. È anche accennato brevemente in *Galvagnana*, f. 36 *v* e più diffusamente in *De Origine*, f. 23 *r-v*.

[1] Vv. 1759-1764. *Galvagnana*, f. 77 *v*: " Et intrauit " cum ipso uictor antipapa romanus. et innumeri mi- " lites. Tunc ex comitibus englerie capti sunt et in- " terfecti LXIII et retenti XXII quos misit in alamaniam. " de quibus non fuit auditus numtius bonus neque malus ".

[2] Vv. 1765-1766. *Galvagnana*, f. 77 *v*: " Solus comes " uiuianus euasit et bononiam iuit ".

[3] Vv. 1771-1772. *Galvagnana*, f. 77 *v*: " Tunc ec- " clexie sunt expoliate. abatie destructe. duo currus li- " brorum exportati sunt extra mediolanum ".

[4] Vv. 1783-1790. Allude alla scoperta del Quintiliano fatta da Poggio Bracciolini nel 1416 nel monastero di san Gallo: SABBADINI, *Due questioni storico-critiche su Quintiliano. 1. Codici scoperti dal Poggio*, in Rivista di filologia e d'istruzione classica, XX, 307, Torino, 1891: ID., *Le scoperte dei codici latini e greci nei secoli XIV e XV*, 77-78, Firenze, 1905: " un " Quintiliano integro che allora si possedeva sol dimez- " zato ". Il Poggio, comunicando da Costanza la notizia al Guarino, così si esprimeva: " Est.... Monasterium San- " cti Galli prope urbem hanc mil. pas. XX. Itaque nonnulli " animi laxandi, et simul perquirendorum librorum, quo-

Hocque modo libri tres de oratore reperti,
Quemque oratorem tullius ipse vocat[1].
A., f. 39 v
*Rex Jubet hinc etiam spoli*ari presulis edes,
Et Beneuentum ipsum mittit in exilium;
Judicioque Dei punitus traditor ipse
Est, et in auctorem pena reflexa suum.
*Diuidit ecclesiae bo*na dein rex inter amicos,
*Angleriaeqae do*mus oppida cuncta suos;
*Quos facit Jm*perij vassallos semper, et illos
Ferre nigras aquilas in sua signa iubet[2],
Et parere suo, qui deinde vicarius illi
Est factus stilico, per latiale solum[3].
Quot res enormes tunc illa cesar in urbe
Fecerit hic esset longa referre mora;
Ruina vrbis Mediolani
*Sed tan*dem ciues omnes discedere ab urbe
*Ae*quarique solo menia tota iubet.
*Et M*ediolani penitus tum diruit urbem,
*P*reter amicorum sacrificasque domos;
Jnde iubet populum diuersa suburbia totum
*Eff*icere, inque illis dehinc habitare locis.
Deinde salem, cupiens sterilem monstrare futuram
*Vr*bem, per medium rex serit ipse forum,
1162
*Qu*um mille et centum cum sexaginta duobus
Anni transissent a pietate iesu[4].
*J*ndeque discedens, rex multas subiugat vrbes

v. 1795. traditor] *in A è scritto fra le linee su* proditor *non cancellato* — v. 1805. tandem] tamdem Mur.

" rum magnus numerus esse dicebatur gratia eo perreximus. Ibi inter confertissimam librorum copiam.... " Quintilianum comperimus adhuc salvum et incolumen, " plenum tamen situ et pulvere squalentem „. Th. de Tonellis, *Poggii Epistolae,* I, 28-29, Florentiae, 1832. È probabile che l'Astesano abbia avuto questa notizia appunto dal Guarino, col quale sappiamo che era in relazione.

[1] V. Rossi, *Il Quattrocento,* 20, Milano, [1899]: " Chi ridonò l'assetto originario al *De Oratore* e all'*Orator* per l'addietro mutili e saldati in un'opera " sola fu Gerardo Landriani, vescovo di Lodi, nel 1422 „. Su queste scoperte, vedi specialmente Sabbadini, *Guarino Veronese e le opere rettoriche di Cicerone,* in Rivista di filologia, XVI, 425 sgg., Torino, 1885: Id., *I codici delle opere rettoriche di Cicerone,* Ibid., XVI, 106 sgg., Torino 1887; Id., *Notizie storico-critiche di alcuni testi latini,* in Studî italiani di filologia classica, VII, 104-106, Firenze, 1899, 104 sgg.; Id., *Le scoperte,* 100 sgg.

[2] Vv. 1793-1800. *Galvagnana,* ff. 77 *v*-78 *r*: " Imperator archiepiscopi proditoris. pallatium expoliari iussit. et vsque beneuentum in exilium misit. et iusto dei " iuditio factum est. ut qui proditor semper fuerat. proditoris ultionem reciperet. [*I*]N cronica danielis habetur (Cinquini, 22) quod imperator federicus fecit " plusquam ccc inter cathaneos et ualuasores.... Item " ordinauit imperator quod omnes supradicti sui uassalli. portarent in scutis suis aquilam imperialem „.

[3] Vv. 1801-1802. *Galvagnana,* f. 78 *r*, dopo aver parlato della concessione relativa all'aquila imperiale: " Et super hec omnia facte inuestiture per alicum comitem „ ma nella pagina precedente (f. 77 *v*) dopo aver narrato l'esportazione dei libri: " Et statim instituit in ytalia suum uicarium. quendam qui dictus est " comes stilico „ mentre in *Chronicon maius,* f. 687: " et " quidam theutonicus, qui dictus est Alico, factus fuit " vicarius super totam Ytaliam „ come nella *Chronica Danielis:* Cinquini, 21, 22, 23, 25.

[4] Vv. 1805-1814. *Galvagnana,* ff. 78 *v*-79 *r*: " [*A*]Nno " domini MCLXII.... Imperator federicus.... mandauit " quod infra viii dies ciuitas euacuaretur. et quod nulli " fieret aliqua molestia sed cum omnibus suis rebus et " familijs. quilibet iret quo sibi placeret.... imperator " iussit. ut totus mediolanensis populus diuideretur in " quattuor partes et facerent quattuor suburbia.... mandauit insuper quod suburbia ciuitatis manerent illesa. " quia semper sibi fuerant obedientia. similiter precepit " quod domus nobilium proditorum que erant in ciuitate illesa remanerent. Et ecclexie. atamen turres et " campanilia deiecit.... Destructis itaque domibus. menijs. turribus. campanilibus. deuentum ad destructionem broleti ueteris. quod fuit sal(l)e seminatum. in " preoptationem perpetue sterilitatis „.

Italie, et cunctis grandia damna facit [1].
Emoritur vic*tor anno Antipappa sequenti,* A., *f.* 40 *r*
Quum iam *Lucana pauper in vrbe foret;*
At secum astantes, *quibus est e cardine nomen,*
Pascalem in papp*am quem potuere legunt.*
Germanas autem fede*ricus* tendit in oras [2],
Linquit et italici pi*nguia rura soli.*
Sumit alexander vi*res, annoque sequenti*
Pappa petit romam sus*cipiturque libens.*
Imperio fiunt hac tempe*state rebelles*
Vrbes et latij plurima *Castra soli:*
Mantua cum padua, presta*nsque Vicentia, necnon*
Que de triuisio marchia *nomen habet.*
Sic et quam pelago venetus *fundauit in ipso*
Vrbem, qua rara est diues i*n orbe magis* [3].
Tunc fuit ausonias diuisio facta *per oras*
Cuius et hoc ramus tempo*re durat adhuc.*
Parua mora est: italas redit is *Federicus in oras.*
Atque papiensi sumit in urb*e locum* [4].
Inde petit romam, cum quo antip*appaque vadit*
Pascalis; bellum mox fit utrin*que graue.*
Ternus alexander tandem depellitur *vrbe*
Sedeque pascalis fungitur inde *sua.*
Iudicioque dei, soliti punire nocentes,
Cesaris innumeri morbo obiere vi*ri.*
Tum rex germanàs it desolatus in oras,
Quem iam pauca satis gens comitata *fuit.*
*Rex odio cepit Lombardis ur*bibus esse, A., *f.* 40 *v*
Quum sua gens multis maxima damna daret.
Tum Mediolanum, depulsis cesaris illinc
Gentibus, hac statuunt edificare nouum.

---

v. 1817. Antipappa] Antipapa MUR. — v. 1819. e] a MUR. — v. 1820. Pascalem] Paschalem MUR. - pappam] Papam MUR. — v. 1824. Pappa] Papa MUR. — v. 1834. papiensi] Pappiensi *B* — v. 1835. antipappaque] Antipapaque MUR. — v. 1836. Pascalis] Paschalis MUR. — v. 1837. tandem] tamdem MUR. — v. 1838. pascalis] Paschalis MUR. — v. 1841. rex.... it] *in A è scritto fra le linee su* redit etruscas rex *parole sottolineate*

[1] Vv. 1815-1816. *Galvagnana,* f. 79 *v*, accenna alla distruzione di altre città nel capitolo: "Ciuitates de "nouo facte. turres et campanilia „.

[2] Vv. 1817-1821. *Galvagnana,* f. 79 *v*: "[*A*]Nno do"mini MCLXIII.... Imperator redijt de consilio. et "uenit in ytaliam. Et laude perrexit. ubi inuenit ui"ctorem antipapam cum suis paucis cardinalibus.... in "tanta paupertate et miseria quod uix haberet ad ui"uendum ad modum unius capellani. qui inde transiuit "lucam. ubi suis mal(l)efitijs dans terminum diem clausit "extremum. Tunc illi cardinales qui erant hostes ec"clexie. et excomunicati adherentes federico excomu"nicato et scismatico. congregati in luca el(l)igerunt "quendam ex cardinalibus qui dictus est pascalis quem "imperator confirmauit ut potuit. Ipse uero imperator "in allamaniam iuit „.

[3] Vv. 1823-1830. *Galvagnana,* f. 80 *r*: "[*A*]Nno do"mini MCLXIIII.... Alexander papa resumptis uiribus "romam petijt et optinuit. Et tunc ciuitates iste im"peratori rebellauerunt scilicet. Verona. padua. man"tua. uicentia. totaque marchia triuisina „. Manca Venezia nella enumerazione fatta dal Fiamma in questa opera, ma non in *Chronicon maius,* 700. L'Astesano può averne aggiunto il nome per la considerazione che Alessandro III andrà appunto in Venezia a trattar della pace con Federico.

[4] Vv. 1833-1834. *Galvagnana,* f. 80 *r*: "Impera"tor.... redijt in lombardiam „. Non dice, come l'Astesano, che abbia stabilito la sua residenza in Pavia, ma aggiunge che "imperator banxonum ducem arboree re"gem in tota sicilia instituit (*sic*) et in ciuitate papiensi "coronauit „.

*Et iam post ann*os centenos milleque lapsos
*Cum sexagint*a, septimus annus erat.
*Parua mora est: g*entes expellunt cesaris omnes,
*Quas Rex h*ic eius liquerat ante loco,
Ac Mediolani diuersa per oppida Ciues
Sparsos ex omni parte redire iubent.
*Et Mediolani m*ox fundamenta locare
*Jncipiunt vrb*es, ac fabricare nouum.
*Auxilium M*anuel numorum deinde rogatus
Grecorum prestat induperator eis [1];
*Ex qui*bus he fossas, muros et menia condunt
Vrbis, quo nunc est edificata loco.
Quae multo maior, que multo latior urbs est
*Quam fu*it ante, velut quisque uidere potest [2].
*Pascali*s moritur anno antipappa sequenti
*Jpsius*que locum deinde calistus habet [3].
Circiter hoc tempus quum multus Marchio, multa
Non procul a tanagro flumine castra tenens,
*Jmper*ioque fauens federici nomen amaret,
Et Mediolano grandia damna daret;
Vt Mediolanum facile his obsistere posset,
Menia magna noue condidit urbis ibi;
*A*tque ab alexandro posuit sibi nomina pappa,
Qui magnus magni cesaris hostis erat;
*Jn*que ista villas inclusit quattuor vrbe,
Hinc scissa in partes quattuor exstat adhuc.
Burgolium, necnon Gamundum, sicque marengum,
Necnon a duro robore nomen habens [4].

---

*Quod Ca*stella domus cernens, non audet adire
*No*stros, sed tuto continet arma loco.
Jnde per astenses capta est et rupta Muascha,
Qui leti proprias post rediere domos.
*Dehi*nc summamrippam boschi petit ista caterua,
Et percurrit agros tota vagando suos.
Ac mox astensem captiuos ducit ad urbem
*S*exaginta viros, quinqueque cedit ibi [1].
*Asten*ses etiam proles castella grauabat,
*D*amna ferens villis quottidiana suis.
*Pre*cipue ville dedit ardue damna calocij,
Et circumstanti parte ab utraque solo.
Quottidie cunctis capiendo armenta gregesque,
Necnon captiuos efficiendo viros.
A qua plus cesi quam quinquaginta fuerunt
Temporibus variis belligerando viri [2].

---

v. 3602. amicicias] amicitias *B* MUR. — v. 3603. tandem] tamdem MUR. — v. 3607. milia] millia MUR. — v. 3613. summamrippam] Summamripam *B*; Summam Ripam MUR. — v. 3618. quottidiana] quotidiana *B* MUR. — v. 3619. calocij] Caloci MUR. — v. 3621. Quottidie] Quotidie *B* MUR.; *in A segue cancellato* capiens - capiendo] *in A è scritto fra le linee con richiamo a questo luogo*

[1] Vv. 3577-3616. VENTURA, 758-759: "Praesenti "anno MCCCVII (MCCCVII *è espunto in Comb., però cf.* "*Introduzione*, p. LXXXIX).... Astenses milites venientes "ex guastis Fringi.... viderunt circa milites quinquaginta ex nostris forensibus.... et eos persecuti sunt "usque ad Rifrancorem (*Mur.:* usque juxta Rivum Francorum), et ex eis ceperunt decem, et equos duodecim.... "Sequenti mense Iunii, Astenses eques et pedites.... "iverunt ad Maxium.... et dum inde redirent, forenses nostri, qui erant in Maxio.... irruerunt super "Astenses.... [qui] hoc audito, currentes irruerunt super forenses.... et quatuor ex hiis mortui fuerunt, et "quinque (*ma Mur.:* IV) capti, quorum unus cum vexillo rubeo forensium captus fuit, nomine Iacobus de "Vago. Ex Astensibus.... Morellus de Solario.... ex "pluribus plagis.... mortuus fuit ibi.... Crastina vero "die Astenses reversi sunt ibi, ubi mortuus fuit Morellus, et per totam diem vineas guastaverunt.... Potestas et milites.... invenerunt iuxta Muascham ex "forensibus nostris eques triginta et plus, et totidem "per domos pedes, quorum maior pars capta fuit, et "etiam ex his mortui fuerunt decem, et capti fuerunt "ibi plusquam viginti, ... Eodem mense (*Mur., Salvai "e un Cod. Taur.:* anno).... obsiderunt Muascham cum "manganis et trabuchis.... Forenses de Ast toto posse "vio Astenses repellentes. Fredericus de Saluciis, et "Johannes de Saluciis, et Henricus marchio de Carreto, "et Guillielmus Daniel, omnes cum exfortio suo venerunt "ad Cassinascum. Forenses de Ast eques et pedes cum "exfortio suo erant in Incisia (*in Mur. manca* venerunt.... exfortio suo).... Astenses stantes in obsidione Muaschae timuerunt, et miserunt Cheriensibus, "ut eis succurrerent, quia inimici in Muascho (*Mur., "Salvai e un Cod. Taur.:* Cassinasco) fortiores Astensibus erant. Crastina vero die, Cherienses cum viris "mille quingentis armatis, et archeriis, et balisteriis "plusquam centum et decem militibus (*Mur.:* et plusquam c militibus) ipsa die cum Astensibus fuerunt "Muascham.... Videntes haec illi qui intus Muascham "erant, timuerunt, non sperantes succursum habere. Ex "pacto facto cum Astensibus inde ad duos dies exierunt ex Muascha. Astenses intrantes Muascham usque "in fundum diruerunt eam. Astenses, et Chierienses, "et amici eorum omnes domum suam reversi sunt gaudentes. Sequenti mense milites Astenses euntes ad "Summamripam de Boscho invenerunt viros dictae "villae pro maiori parte in campis seminantes semina "sua, et irruentes in eos occiderunt ex eis quinque, et "sexaginta illorum captivos duxerunt Ast ".

[2] Vv. 3617-3624. VENTURA, 759, capo XLVI: "Multas offensiones dederunt forenses ab illa die, qua exierunt de Ast, usque ad diem ruinae Muaschae, Astensibus et villis eorum, venientes quasi quotidie prope "muros burgorum, capientes homines, et aliquos occi-

[CAPITULUM XII].

A., f. 77 r

DE CLADE ASTENSIUM APUD QUATORDAS ET DE REDITU *PRINCIPIS PEDEMONTIUM IN VRBEM ASTENSEM.*

ANnus transierat *nonus cum mille trecentis*
Postquam matre iesus *Virgine natus erat,*
Quum Masii vastant astens*es predia, necnon*
Ancise, maio' mense vi*rente foris.*
Inde domum leti redeunt, pe*ditesque trecentos,*
Quos illis cherium miserat, *inueniunt;*
Non tamen assuetos armis, sed *semper arare*
Agros et vites excoluisse *suas.*
Cum quibus astensis populi *pars altera pergit*
Ad felizani luce sequente *locum,*
Illic expectans ut maior *turba veniret:*
Mansit enim paruo tempo*re fessa domi.*
Expectansque illic, hanc nonum *sentit adisse;*
Quam sperans media se reperire *via*
Mur., 1070 Obuia tendit ei, cupiens vastare *Quatordas*
Cetera dum populi turba veni*ret eo*[1].
Hei mihi: non memor est astensibus *esse Quatordas*
Infortunatum belligerando locum.
His ab Alexandris alias in prelia *Campis*
Vt dixi, Astensis fracta caterua *fuit,*
Quum transissent anni cum mille *[ducenti]*
Vigintiquinque nati ab honore *[Jesu];*
Anno infelici quo post astensis ab *[hoste?]*
Ad calamandranam victa cater*[ua fuit]*[2].
Dumque hic expectat, dum vastat turb*a Quatordas,*
Exit de Masii magna caterua l*oco;*

---

l. 1. Capitulum XII *om. A B C; è in* Mur. — ll. 2-3. De.... Astensem] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* — v. 3625. ANnus] A *in A è scritta con inchiostro rosso* — v. 3637. Expectansque] Expectans *B* Mur. — v. 3644. Vt dixi] *in A è aggiunto nel margine del foglio, di fianco allo stesso verso* - Astensis] *in A segue cancellato* populi vv. 3645-3648. Quum.... fuit *om. B C* Mur.; *in A sono cancellati*

" dentes, ac etiam mulieres, et quod inveniebant capiebant (*Mur., Salvai e un Cod. Taur.:* et universa pecora campi quotidie rapientes). Villis peiora fecerunt, et.... de viris Calocii ceperunt et occiderunt per plures vices plusquam quinquaginta, et quasi simile illis de Castronovo illud idem fecerunt, et aliis villis circumstantibus quotidie currentes, oves et boves et homines capiebant ".

[1] Vv. 3625-3640. Ventura, 768-769, capo LI: " Anno MCCCVIIII.... Astenses, mense madii, vastaverunt Maxium per dies duos, et aliis duobus diebus sequentibus Incisiam vastaverunt, deinde venerunt Ast, et ibi invenerunt circa trescentos viros pedites, quos eis miserant Cherienses in auxilium, qui pedites aratores et sapatores erant pro maiori parte, male armati et pauci valoris erant. Crastina vero die Astenses cum predictis Cheriensibus iverunt ad Felizanum, ibi expectantes milites et populum civitatis, quia ibi in Felizano paucissimi de populo erant, et quasi medietas militum remanserat Ast, quia fatigati erant. Crastina die.... milites et populus, qui remanserant Ast, iverunt ad Nonum. Astenses qui erant in Felizano haec audientes, venerunt cum Cheriensibus ad Quatordeas, credentes ibi invenire Astenses, qui venerant ad Nonum, et eos expectantes in Vastis Quatordeis ".

[2] Vv. 3645-3648. Questi quattro versi che si leggono soltanto in *A* e che sfuggirono all'attenzione del Pasini, mancano in *B*, e per conseguenza anche in *C* e in *Mur.* In *B* furono omessi, o perchè in *A* erano cancellati, oppure più probabilmente perchè, terminando il quarto verso con *caterva fuit,* come quello che li precede, l'amanuense li saltò inavvertentemente nel copiare l'autografo.

Exit ab ancisa Castelle gentis am*ica,*
Quam lanzauetule concomitantur *item.*
Nec mora: in astensem populum, dum pre*dia vastat,*
Ex improuiso gens inimica ruit,
Et quia pars maior populi non venerat illuc, A., f. 77 v
Victa fuit pugna nostra caterua leui.
Que mox terga dedit, que cepit currere versus
*Nonum, vili ani*mo, prelia nulla ferens;
*Non secus anci*pitrem, quando volat acer in illas,
*Tota Co*lumbarum territa turba fugit.
*Hic ex asten*si populo duodena fuerunt,
Sed plura ex villis, corpora cesa suis.
Nam cesa ex illis vigintiquinque feruntur,
*Quum ferren*t agris maxima damna satis.
*Astensi ex po*pulo capti pugnando fuerunt
Centum et viginti, tergaue dando, viri.
Ex villisque suis centum sunt corpora capta;
Tota fere Cherii capta caterua fuit,
Quum nihil omnino se se defenderet armis:
*Infe*lix nostris sic fuit illa dies.
Postquam hec astensem noua res peruenit ad urbem,
*In ma*gna tota vrbs anxietate fuit.
Tum reliqui ciues et stirps solaria querunt
*At*que petunt iterum principis auxilium.
Nec mora: militibus multis sociatus, ad urbem
*Aste*nsem princeps tendit, et intrat eam.
*Mar*chio ceue etiam petit ille Georgius urbem,
Nec sibi in aduersis rebus amicus abest.
His tamen astenses immensa stipendia ciues
Omnibus impendunt, pondus onusque graue [1].
Incipiunt igitur sentire hec tedia ciues
Et cupiunt ut pax fiat in urbe sua;
Vtque reducantur castella ex prole creati,
Que stirps quinque annis exul ab urbe fuit.

[CAPITULUM XIII].

DE COMPRO*MISSO PER ASTENSES ET EORUM EXULES FACTO* IN AMEUM CO*MITEM SABAUDIE ET PHILIPPUM DE* SABAUDIA PRINCIPEM. *ET DE SENTENTIA PER EOS LATA.* QUAM SERUARE NON *VOLUIT PARS ILLORUM DE CASTELLO.* A., f. 78 r

TAndem delecti communes *vrbis amici*
Ex compromissi Jure *fuere duo,*

v. 3654. gens inimica] *in A è scritto fra le linee su* dicta caterua *parole cancellate* — v. 3663. vigintiquinque] viginti quinque MUR. — v. 3669. nihil] nichil *B* - se se] sese *B* — l. 35. Capitulum XIII *om. A B C; è in* MUR. — ll. 36-38. De.... Castello] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* — v. 3685. TAndem] T *in A è scritta con inchiostro rosso;* Tamdem MUR. - communes] Communis *B;* communis MUR.

[1] Vv. 3649-3680. VENTURA, 769, di seguito al passo riportato nella nota ai vv. 3625-3640: "Ecce forenses "de Ast, qui erant in Maxio, et illi de Incisia, et Lan- "zavegla (*Mur.:* Lanzavetule), et alii plures soldarii, "equites et pedites, irruerunt super Astenses et Cherien- "ses pedites taliter, quod afflicti sunt ibi: Astenses fu-

Qui belli causas vtrinque *auferre valerent*
Et pacem in ciues pon*ere perpetuam.*
Hoc Compromissum tam *stirps Solaria fecit*
Que tunc intus er*at vrbis, et Officia,*
Quam castella domus que *tunc erat exul et extra.*
Id compromissum quisque pro*bauit homo.*
Tunc inter dictas partes cessare *iubentur*
Offense, vt pacem conciliare *queant.*
Arbiter vnus erat Comes ille *Sabaudie Ameus*
Qui nostra quamuis esset ab *vrbe procul,*
Quum tamen hunc partis legati *vtriusque rogarent;*
Venit in hanc patriam, deseru*itque suam.*
Alter at is princeps, cui presta*t Achaya nomen*
Ille *Phi*lippus; ei sanguine iun*ctus erat.*
Per quos inter eas tandem se*ntentia partes*
Lata fuit, donans pacis utrisque *modum;*
Captiuos reddi mandans et publica *castra,*
Que castella domus tum retin*ebat adhuc;*
Mur., [illegible] *Huicque per Astensem po*pulum sex milia solui
*Librarum pro*pter reddita castra iubens [1].
*Multaque pre*terea sententia lata iubebat
*Que for*et hoc durum commemorare libro [2].
Ergo quum festum Caterine in mense nouembri
Esset, castella est vrbe recepta domus,
Quum tamen hec secum captiuos duceret omnes
Quos ex astensi ceperat ante grege.
Tum Castella domus se se et solaria iungunt
*Et sibi d*ant pacis oscula signa bone [3].
Sed pax hec longum tempus durare nequiuit:
Hostibus antiquis est graue pace frui;

---

v. 3697. rogarent] rogarunt *B*; rogarent Mur. — v. 3699. at] et *B* Mur. — v. 3705. milia] millia *B* Mur. — v. 3709. Caterine] Catharinae Mur. — v. 3713. se se] sese *B*

" glentes viliter versus Nonum, sine aliqua defensione " facientes, capti fuerunt ex civitate Astensi et burgis " circa centum viginti.... Ex populo Astensi mortui " fuerunt ibi circa duodecim.... Ex nostris villis mor- " tui fuerunt circa vigintiquinque, quia eorum segetes " devastabant, et ex ipsis capti fuerunt circa centum; ex " Cheriensibus circa centum quadraginta capti fuerunt, " et nullus ex eis mortuus fuit ibi, quia nullam defen- " sionem fecerunt. Astenses qui remanserant Ast, et " Solarii, et eorum sequaces exterriti sunt valde, et " miserunt principi ut Ast venirent, et ibi venit cum " militibus centum, cui Astenses in dies dabant libras " quinquaginta. Georgius de Ceva cum militibus viginti " Ast venit ad bursam Astensium „.

[1] Vv. 3685-3706. Ventura, 769-770, di seguito al passo riportato nella nota precedente: " Post haec Asten- " ses et forenses, congregato maiori consilio, dederunt " generalem bayliam Amedeo comiti Sabaudiae et Phi- " lippo principi nepoti eius pacificandi Astenses cum " forensibus suis.... Tunc Astenses et forenses praeco- " nizari fecerunt, ut offensiones cessarent inter eos, et " cessaverunt. Post haec quaelibet pars quatuor amba- " xiatores Zamballerium (*Mur., Salvai e un Cod. Taur.: * " Cabalerium; *e il Combetti aggiunge doversi forse leggere* " Camberiacum, *il che è più probabile*) miserunt, qui ibi " comes erat, rogantes eum ut Ast veniret ad pacifican- " dum eos.... Deinde dictus Amedeus comes venit " Ast.... post haec ipse et Philippus eius nepos ex " sentencia pronunciaverunt inter praedictos, dimittentes " carceratos.... absque redemptione, et dicti forenses " debent dimittere castra comunis dicto comuni precio " librarum sex millium „.

[2] Vv. 3707-3708. Le altre clausole del trattato, in questi versi solo accennate, son quelle che riguardano Guglielmo Turco. Cf. la nota ai vv. 3725-3730.

[3] Vv. 3709-3714. Ventura, 769-770, di seguito al passo riportato nella nota ai vv. 3685-3706, salvo la breve interruzione per le clausole relative a Guglielmo Turco: " Post haec forenses praedicti in festo beatae " Catherinae pacifice venerunt Ast, et cum eis duxerunt " omnes carceratos, qui capti fuerant in ruina de Qua- " tordeis, et congregata multitudine virorum et mulie- " rum in mercato de Sancto, praedicti de Solario et fo- " renses osculantes se se pacificati sunt „.

Nam castella domus, que castra aliena tenebat,
    *Obs*eruare illud noluit arbitrium.
*Berta*ldi siquidem, Masii qui castra regebant,
    *Aste*nsi populo non voluere dare;
Quamuis mandaret princeps qui factus ab inde
    Et custos pacis rector et urbis erat.
Ex quo Bertaldi banniti *ex* urbe fuerunt
    *Aste*nsi dicti principis imperio [1].
*Ipse e*tiam turcha Gulielmus prole creatus
    *Jus*sus in exilium prosiluisse cyprum,
Aut ararim fluuium transire, nec inde reuerti
    Ad proprium, nisi sub conditione, solum,
Si daret assensum *sibi in hoc Solaria proles,* A., *f.* 79 r
    Non voluit patriam *deseruisse suam* [2].
Non ergo seruata fuit *sententia nuper*
    Arbitratorum lata per *ora virum.*

*ANTONIJ ASTES*ANI PRIMI DUCALIS *ASTENSIS SECRETARIJ*
DE VARIETATE FORTUNE *LIBER QUIN*TUS EXPLICIT.

---

ll. 17-18. Antonii.... explicit] *in A è scritto con inchiostro rosso, e, insieme con le ll. 1-6 della pagina seguente, su un mezzo foglio staccato*

[1] Vv. 3717-3724. VENTURA, 770, di seguito al passo riportato nella nota precedente, escluso il breve periodo riportato in principio della nota seguente, il quale precede al passo riportato in questa nota: "Robertus "et Nicolinus Bertaldus (*Mur.:* Bertraldus), qui custo- "diebant castra Maxii, noluerunt ea restituere comuni, "cum eis ex parte principis praeceptum fuisset, qui re- "manserat gubernator pacis praedictorum.... Philip- "pus praedictus videns quod Bertaldi praedicti castra "Maxii comuni Astensi reddere noluerunt, fecit prae- "dictos et omnes coadiutores eorum in mercato bannire "pessimo banno".

[2] Vv. 3725-3730. VENTURA, 770, fra i due passi riportati nelle due note precedenti: "Gullielmus Tur- "chus noluit ire in Ciprum, nec mittere aliquem ex filiis "suis". Precedentemente il Ventura, a c. 769, nel passo accennato nella nota ai vv. 3707-3708, fra le clausole dell'accordo aveva ricordato la seguente: "Item quod "Gullielmus Turchus accedere debeat insulam Cipri, et "si ibi ire noluerint, unus ex eius filiis ire debeat, et "ipse Gullielmus ire debeat ultra rivum Sonnae (*Mur.* "*e Salvai:* fluvium Senae, seu Sanganone; *un Cod. Taur.:* "flumen Sonae, seu Sangoni) et ibi permanere in vita "sua". Sull'interpretazione dell'Astesano, cf. *Introduzione*, p. LXIV. GABOTTO, *Storia*, 60, e *Asti e Ventura*, 269, interpreta per "Sangone".

INCIPIT SEXTUS Mur., 1073

AD NICOLAUM EIUS FRATREM

SExtus ab inde liber sequitur, carissime frater,
Quem te iocunda fronte uidere decet.
Nec generare tue debent fastidia menti
Carmina germani qualiacumque tui.

[CAPITULUM PRIMUM].

DE SECUNDA EXPULSIONE NOBI*LIUM DE CASTELLO EX* CIUITATE ASTENSI. ET DE *MORTE CAROLI SECUNDI* REGIS SICILIE. ET DE ROBER*TO REGE EIUS FILIO.*

QVod princeps egre fert *et Solaria proles;*
Idcirco studio querit *vterque graui,*
Vt castella domus iterum *pellatur ab vrbe:*
Quod factum maio men*se sequente fuit.*
Anno currenti decimo post mi*lle trecentos:*
Purgare hic mensis corpora *plena solet* [1].
Tum castella domus Masium se *contulit exul,*
Nolens promissi Jussa tenere *sui;*
Quum presensisset quod stirps sola*ria, iussu*
Principis, hanc uellet pellere ab *vrbe sua* [2].
Hoc mense est claudus defunctus *Carolus ille,*
Qui rex Parthenopes sicilie*que fuit.*
Cui *mox* successit Robertus fili*us eius,* Robertus rex Sicilie
Cui pappa id clemens post di*adema dedit.*
Cuius erat sedes auinio tempore *dicto* [3],

ll. 1-2. Incipit.... fratrem] *in A è scritto con inchiostro rosso* — ll. 1-6. Incipit.... tui] *in A è scritto, insieme con le ll. 17-18 della pagina precedente, su un mezzo foglio staccato* — l. 1. Incipit] *in* Mur. *segue* Liber — l. 3. SExtus] S *in A è scritta con inchiostro rosso* — l. 6. qualiacumque] qualiacunque *B* — l. 7. Capitulum primum *om. A B C; è in* Mur. — ll. 8-9. De.... filio] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* — v. 3733. QVod] Q *in A è scritta con inchiostro rosso* — v. 3744. Parthenopes] parthonopes *A;* Parthonopes *B;* Parthenopes Mur. — v. 3746. pappa] Papa Mur.

[1] Le parole di questo verso hanno riscontro in Ventura, 763, nel capitolo intitolato *De malis operibus Solariorum:* "Caveant ergo Solarii mense madii, in quo "corpora hominum curari solent".

[2] Vv. 3733-3742. Ventura, 770: "Tunc Solarii "procuraverunt consilio et favore dicti principis prae"dictos de Castello de civitate expellere. Quadam die "sabbati, vigesima secunda madii MCCCX, Solarii.... "manu armata, iverunt ad domos de Bertaldis, ubi maior "pars illorum de Castello morabatur. Haec autem "audientes illi de Castello fugierunt ad domos amico"rum suorum. Crastina die soli illi de Castello exie"runt de Ast, et iverunt ad Maxium".

[3] Vv. 3743-3747. Su questa data relativa alla mor

Res Rome quamuis ista molesta fo*ret*[1].
Hic rex Robertus paulo post ve*nit in urbem*
Albam, rex alti nominis atque *potens*[2].
Cum quo vrbs Astensis (nollet licet ipse Philippus),
*Perpetuum iun*xit fedus amicicie[3];
Ex quo rex gaudens, astensem venit in urbem,
Coniuge formosa se comitante sua.
Fecit et egregiis conuiuia ciuibus ampla
Et que tam magno principe digna forent:
Omnia vasa quibus sunt inter prandia functi
Conuiue, ad potum commoda siue cibum,
Aurea vel saltem fuerant argentea, sicut
*Testatur pre*sens qui Gulielmus erat;
Vt taceam vestes astroque auroque superbas
*Et p*ompam que omni regia parte fuit.
Rex hic in astensi solum tribus urbe diebus
*Man*sit in eterne pignus amicicie,
*Jnde a*d Alexandri pinguem se contulit urbem
*Q*uam mox ille suo subdidit imperio[4].

---

vv. 3749-3750. Hic.... potens *om. B C* Mur.; *è in P; in A questo distico ha di fianco, nel margine del foglio, una* b *e il distico 3747-3748 un'* a *che indicano la trasposizione da farsi* — vv. 3752 *e* 3764. amicicie] amicitiae *B* Mur.

te di Carlo II, cf. *Introduzione*, pp. LXXXIX-XC. Il passo del Ventura che corrisponde maggiormente a questo dell'Astesano è nel capo XX, c. 728: " Karolus secundus " rex obiit.... Eodem anno [1309], sexto mensis madii, " Robertus eius filius regnavit pro eo: et confirmatum est " regnum eius mense sequenti augusti in Avignono: ibi " Clemens papa sedem tenebat, qui dicto Roberto dictum " regnum confirmavit (in Avignono.... confirmavit *manca* " *in Mur. e Salvai*) ". Alla residenza in Avignone il Ventura accenna anche in altri due passi, uno nel capo XXI, verso la fine, c. 730: " qui papa tunc sedem tenebat in " Avignono, quia praedictus rex Franciae non permit- " tebat eum ire Romam "; un altro nel capo LVIII, c. 776, dove parla di Enrico VII: " est electus per Clemen- " tem V summum pontificem, qui ante fuerat archiepi- " scopus de Bordello, et in diebus illis tenebat sedem " in Anania (*Mur., Salvai e un Cod. Taur.:* Avignone) ". Un altro passo in cui il Ventura parla della morte di Roberto è nel principio del capo LIII, ed è espunto dal Combetti: " Anno Domini MCCCVIII mortuus est Ca- " rolus rex Siciliae.... in cuius locum Robertus eius " filius tertiogenitus.... regnum Siciliae.... obtinuit ".

[1] Al malcontento dei Romani per la residenza in Avignone il Ventura allude verso la fine del capo XXI, c. 730, di seguito al passo riportato nella nota precedente: " ex quo Romani valde turbati erant ".

[2] Vv. 3749-3750. Ventura, 771, nel principio del capo LIII, subito dopo il passo espunto dal Combetti: " Robertus Siciliae Rex.... venit in Lombardiam " MCCCX, et appulit in burgo Cunei.... deinde venit " ad Montemvicum, Foxanum, Saviglianum, Clarascum " et Albam ".

[3] 3751-3752. Ventura, 771-772: " Astenses ordi- " naverunt mittere Albam octo ambaxatores, quia ibi " erat Robertus Siciliae rex; et congregato maiori con- " silio, firmatum fuit ibi, quod unus sindicus iret ad " dictum regem, qui haberet bayliam generalem faciendi " societatem et ligam cum praedicto rege Roberto. Tunc " Philippus praedictus turbatus est valde, et nunciari " fecit per maiores suos.... ambaxatoribus electis, ut " non irent penitus loqui cum dicto rege: et si irent, " teneret eos pro perfidis inimicis.... Tunc praedictus " rex fecit in Alba ligam et confoederationem cum " Astensibus ". Alla ostilità di Filippo contro l'alleanza degli Astigiani con gli Angioini, il Ventura accenna nel principio del medesimo capitolo, dove dice che Filippo volle " sacramentum habere ab eis, ut non elige- " rent in aeternum in eorum dominum dictum regem ".

[4] Vv. 3753-3766. Ventura, 772, capo LIII, di seguito al passo che narra i patti stabiliti tra il re e gli Astigiani: " praedictus rex cum uxore sua (*precedente-* " *mente l' aveva detta* pulcherrimam mulierum) venit " Ast.... Sequenti die, in festo beati Laurencii, prae- " dictus rex convivium magnum fecit Astensibus in " domo Fratrum Minorum, quibus interfui, et vidi men- " sam eius optime praeparatam siphis urceis ad vina " fundenda auro purissimo et argento, ita quod nullus " fuit, qui ibi uteretur cibo vel potu nisi in argenti vaxe " purissimo. Sequenti die mercurii, duodecima augusti, " praedictus rex partivit de Ast, et ivit Alexandriam, " et subiugavit eam ". Nel capo LVIII, c. 776, dove " parla di Enrico VII, torna ad accennare alla venuta di Roberto in Asti e ripete: " Tunc rex Robertus ivit " Alexandriam, et subiugavit eam ".

[CAPITULUM II].

*DE DIS*CESSU PHILIPPI PRINCIPIS EX AST ET ADUENTU *IMPERA*TORIS HENRICI QUI ILLOS DE CASTELLO REDUXIT *IN A*ST ET DE QUIBUSDAM GESTIS ET CORONATIONE DICTI HENRICI.

*Jndolu*it princeps quod eo cum rege perennis
Nostra vrbs iunxisset fedus amicicie;
*Jdcirco i*ratus discessit ab urbe Philippus
Et pedemontanum se tulit ipse solum.
*Jnsti*nctu cuius Comes ille sabaudie ameus,
*C*astelleque domus sollicitante prece,
Fecit ut Henricus, qui nuper septimus huius
*N*ominis electus induperator [1] erat,
Ex lucemburgo *nostras accederet oras* [2] A., *f. 80 r*
Astensemque urbem posc*eret ipse suam.* MUR., 1074
Auxilio cuius tribus est *castella reuersa,*
Intrauitque domum que prius *exul erat.*
Hac fuit Henricus susceptus in *vrbe nouembri*
Mense sequenti, et ei frena *nouella dedit*
Edictoque graui vetuit se *cogere ciues*
Plusquam tres numero posse *simulque loqui;*
Constituitque vrbis rectore*m istius et inde*
Italici petijt vlteriora *soli* [3].
Cui licet Italie multis ex parti*bus vrbes*
Paruerint, dantes munera magna *sibi,*
Huic tamen ausa fuit conuertere bris*ia calces;*
Sed tandem duro marte subacta f*uit* [4].
Non tamen vlle urbes Henrico plura *dederunt*
Munera quam pise maius eique decus [5].
Is, quum romanam tandem venisset *ad vrbem,*

l. 1. Capitulum II *om. A B C; è in* MUR. — ll. 2-3. De.... Henrici] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* — v. 3768. amicicie] amicitiae *B* MUR. — v. 3772. sollicitante] solicitante *B* — v. 3785. multis] *in A è scritto fra le linee su* cunctis *non cancellato* — v. 3787. conuertere] *in B segue cancellato* calcea - brisia] Brixia MUR. — vv. 3788 *e* 3791. tandem] tamdem MUR. — v. 3790. pise] Pisa *B* MUR.

[1] Non imperatore, ma re di Germania.

[2] Vv. 3774-3775. L'interpunzione del Muratori: "Induperator erat, ex Lucemburgo nostras accederet "oras„ va forse corretta come nel testo, perchè Enrico VII scendendo in Italia non veniva direttamente dal Lussemburgo.

[3] Vv. 3767-3784. VENTURA, 777: "[Henricus] venit Ast die decimo novembris MCCCX, et cum eo.... "duxit illos de Castello.... qui forenses steterant per "multos annos.... tunc dictus Henricus vicarium elegit Nicolaum de Bonsegnorio, et novas leges imposult.... et etiam ordinavit, quod ultra tres viros in"tra se se non praesumant congregari.... Sciendum est "quod Amadeus comes Sabaudiae, et Philippus prin"ceps promoverunt dictum Henricum ad veniendum in "Lombardiam.... paulo post dictus Henricus, die duo"decima decembris, exivit de Ast„. Per la elezione del vicario di Enrico VII. cf. BONAINI, *Acta Henrici VII romanorum imperatoris et Monumenta quaedam alia suorum temporum historiam illustrantia,* 74, n. LV, Florentiae, 1877: 23 novembre 1310: "et in potestatem dicte "civitatis instituit.... dominum Nycholaum de Bonsi"gnoribus militem de Senis„.

[4] Vv. 3785-3788. VENTURA, 779-780: "viri de Bri"xia.... praeparaverunt se ad pugnandum contra prae"dictum Henricum, qui obsedit Brixiam undique.... "Multa proelia data sunt Brixiae cum machinis et qua"rellis.... Novissime venerunt tres cardinales, qui.... "pactum fecerunt cum Brixianis, et introduxerunt prae"dictum Henricum in Brixiam, et ex pacto dederunt "praedicto Henrico florenos auri septuaginta millia, et "dirrui fecit muros civitatis„.

[5] Vv. 3789-3790. VENTURA, 783: "Pisani multas "expensas pro domino Imperatore fecerunt, prout fama "erat; Pisani, audivi dici, quod dederunt primo Impe"ratori, postquam venit Secusiam, usque ad obitum "eiusdem, plusquam septies centum millia florenorum "auri„.

Vt diadema suum posset habere *caput*,
Robertus, cuius suasu Florentia Reg*i*
Hen*rico* intulerat prelia dura pri*us*,
Hunc *quoque* romana prohibere est nixus *ab vrbe*
Ne *Rex* optato posset honore frui.
Et tantum vetuit ut non diademate cin*gi*
In templo sancti quiuerit ille Petri,
In quo cesaribus tradi diadema sueuit,
Vt mos antiquus priscaque iura volunt.
A., *f.* 80 *v* *Sed Lateranensi diadema* sub ede Iohannis
Suscepit, Pappa sic patiente sacro [1].
Jndeque sustinuit non pauca ferocia bella,
Quae sibi gens fecit multa rebellis eo [2].

[CAPITULUM III].

DE MALE GESTIS OFFICIALIUM IMPERATORIS HENRICI ET NOBILIUM *DE CASTELLO* CONTRA NOBILES DE SOLARIO ET DE DOMINIO *VRBIS ASTENSIS* DATO REGI ROBERTO PER MANUM VGONIS *DE BALZO SE*NESCALLI AC DE TERTIA EXPULSIONE N. DE CASTELLO.

*At quum tra*nsisissent post annos mille trecentos
*Bisseni, verbu*m dum caro facta fuit,
Clara, volente deo, sensit solaria proles
*Quod quereb*atur res mala in vrbe sibi,
*Vt vastar*etur vrbs subiicerentur et edes
Jpsorum spolio, corporaque exilio.
Quod dicebatur struere induperator eius
*Nom*ine, qui nostra preses in urbe fuit;
*Jnstiga*nte domo castella ac eius amicis,
*Vt n*itar paucis commemorare modis [3].

v. 3793. Regi] *in A è scritto fra le linee su* pulc *non cancellato; in B è scritto fra le linee su* pulcra *non cancellato; in C è scritto sulla stessa linea del verso, ma sotto vi è* pulcra *non cancellato; in* Mur. *manca* Regi *e al posto vi è* pulchra — v. 3802. Pappa] Papa Mur. — l. 14. Capitulum III *om. A B C; è in* Mur. — l. 15. male gestis] malegestis *B* — l. 15-17. De.... castello] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* — l. 16. Roberto] Ruberto *B* — l. 17. N.] Nobilium *B* Mur.

[1] Vv. 3791-3802. Ventura, 781-782: "die tercia "madii, intravit Romam violenter, quia Johannes frater "regis Roberti erat cum Ursinis cum militibus plus- "quam mille.... Tres cardinales, quos miserat papa "cum praedicto Henrico, voluerunt eum coronare ad "Sanctum Iohannem Lateranum, qui noluit, sed cupie- "bat ad Sanctum Petrum, solempniter; nec potuit, quia "Ursini cum praedicto Iohanne munierant Sanctum "Angelum et Sanctum Petrum.... Audiens haec, papa "misit nuncios suos cardinalibus Romae, ut darent co- "ronam praedicto Henrico ubique vellet, qui corona- "verunt eum in ecclesia Sancti Iohannis de Laterano ". Per il particolare dei vv. 3793-3794, il Ventura poco prima, nello stesso capitolo, aveva detto che i Fiorentini e gli altri Toscani guelfi "nolebant eum recipere, "sed ipsum insidiabantur, consilio et favore Regis Ro- "berti, ne intraret Romam ".

[2] Vv. 3803-3804. Le guerre alle quali si accenna in questi due versi sono più diffusamente narrate dal Ventura nel capo LXIV.

[3] Vv. 3805-3814. Sulle istigazioni fatte dai Del Castello ad Enrico VII vi è un piccolo accenno in Ventura, 779: "Quidam mali detractores commove- "runt praedictum Heuricum contra Solarios et eorum "sequaces ". Maggiori particolari si hanno però nel preambolo dell'atto di dedizione di Asti a Roberto d'Angiò, che certamente l'Astesano lesse, come risulta anche dalla nota ai vv. 3871-3882, e del quale la edizione ultima e definitiva si ha in Gabotto, *Gli Atti della società del Popolo di Asti dal 1312 al 1323 e gli Statuti della società dei Militi del 1339*, 426 sgg., Pinerolo, 1906 (Biblioteca della Società storica subalpina, XXXIII). Sulla data dell'atto di dedizione cf. la citata nota ai vv. 3871-3882.

*Nam C*rauesana Franciscus stirpe creatus
Missus ab Henrico mouit in arma viros,
Quos magno numero fringi *cumul*auit, ut urbem
*Asten*sem possent tempore *adire b*reui,
Pellere et astensi prolem solariam *ab* urbe,
Et, que predixi, cetera damna dare.
*Q*uod quum sensisset proles solaria, dicto
*D*ulcia Francisco verba minasque dedit.
Tantaque fecit ut *is cumulatos linquere Fringum* A., f. 81 r
Moxque domos proprias *iusserit ire viros.* Mur., 1075
Cesaris in nostra tum forte *Vicarius vrbe*
Thomasinus erat, sedicionis *amans;*
Qui doluit quod non fuerat sol*aria proles*
Pulsa, et multa sibi contulit *inde mala.*
Nam quinque ex eius mox co*ndemnauit amicis,*
Quos iussit vel ei solu*ere mille libras,*
Aut vnum ex pedibus trun*cari cuilibet horum;*
At multos alios misit in *exilium.*
Ex aliis vero castelle prolis *amicis,*
Quamuis auctores sedicionis eran*t,*
Nec condemnauit quemquam nec Jussi*t abire:*
Tantus castelle partis amator *erat.*
At se turba dolens iniuste ex vrbe *repulsam*
Agliani castrum mox violenter *init.*
Nec mora: cesareos famulos in val*le Tinelle*
Q*uos*dam nacta, fere tradidit *illa neci.*
Q*uo Cas*tella domus doluit timuit*que (nec ab re)*
N*e summ*um damnum posset abin*de pati;*
Post *par*uo aggreditur castellam temp*ore prolem*
Deque suis quosdam turba seuera *necat.*
Tum castella tribus castellum munit *et illud*
Robustum vallo nocte sequente fa*cit.*
Luce sequenti domum castri solaria proles A., f. 81 v
Aggreditur, quam non exuperare valet.
*Jdque egre toler*ans, alienas querere vires
*Et pete*re alterius destinat auxilium.
*Jnde senesc*allum Roberti regis in eius
Auxilium vgonem voce precante vocat.
Qui cum non paucis armatis gentibus illuc
*Tendit, et o*ptatam tradit amicus opem.
Js quum quarta dies mensis venisset aprilis,
Castellam in sobolem prelia dura facit.
Auxilio cuius proles solaria victrix
*Cas*telle partis corpora mille capit
*Atque v*iros cedit triginta: maior eorum
*Mon*tisferrati pars erat ex patria;

v. 3825. Vicarius] *in B segue cancellato* in — vv. 3826 *e* 3834. sedicionis] seditionis *B* Mur. — v. 3835. quemquam] quenquam *B* — v. 3848. exuperare] exsuperare Mur. — v. 3851. in eius] *in A è scritto fra le linee su* ad urbem *parole cancellate* — v. 3856. *a questo verso in A B C segue il verso* Cesareosque viros pellit violenter ab vrbe *che manca in* Mur. *e in P*

*Pars mi*nor ex patria fuerat subiecta Philippi
*Princi*pis, huc iussu missa caterua suo.
*Dicta i*dcirco ferens egre certa*mina* princeps
*Festi*nat gentes accumulare *suas*
Jnde capit rippam, podium capit inde varinum
*Op*pidaque astensi subripit illa solo.
Vnde senescallum astensem accitus ad urbem
Vgo, cum multo milite tendit iter.
Quod quum sensis*set, quae ceperat oppida, linquit*
Princeps, et patrie te*ndit in arma sue* [1].
Cesareas gentes nostra v*go pellit ab vrbe,*
Castellamque tribum, consociosque *suos.*
Tramite qui recto dictum petie*re Philippum,*
Cum quibus ipse vrbi gr*andia bella tulit.*
Et castra ipsius mox cep*it et oppida quaedam,*
Plura minans illi ferre *subinde mala;*
Que vitare volens sobol*es Solaria damna,*
Et quicumque bonus ciuis *in vrbe foret,*
Astensem regi Roberto dedidit *vrbem*
Ex socio dominum fecit et illa *suum,*
Quum nullam formam vitandi incom*moda tanta*
Preter eam et nullum posset h*abere modum* [2].

v. 3865. rippam] Ripam Mur. — v. 3871. Cesareas] *in A segue cancellato* vgo — v. 3878. quicumque] quicunque *B*

[1] vv. 3815-3870. Ventura, 786: "[Franciscus de "Cravesana missus in Ast] una die ordinavit, ut viri "de Barbarina et plures, cum armis congregati ad Frinchum, Ast venirent pro expellere Solarios.... Solarii "haec praescientes iverunt ad domum illorum de Comentina, ubi morabatur praedictus, et blandis verbis, "et minis fecerunt cum eo, quod congregati ad domus "suas reversi sunt omnes. Tunc Thomaxinus de Anzola, vicarius imperatoris, condempnavit quinque viros populares in libris ducentis pro quolibet, alioquin unicuique pes eius incidatur.... De illis de Castello, qui rumorem incoeperant, aliquis eorum condempnatus non fuit; alii vero plures de populo, amici "Solariorum, iniuste occasione praedicta banniti sunt, "qui quadam die.... violenter castrum Agliani ceperunt.... qui banniti quodam die ceperunt quosdam "de familia imperatoris, et eos occiderunt in valle Tinella, qui attinebant ei; et ideo exterriti sunt illi de "Castello, timentes quod eis evenit. Ultima die marcii, quidam ex ipsis bannitis venerunt cum armis occurrentes contra illos de Castello.... Tunc illi de Castello munierunt castrum (*Mur. e Salvai:* castellerium; *un Cod. Taur.:* castellum), et ipsa nocte vallaverunt "eum. Crastina die, illi de Solario cum amicis de "populo proeliati sunt cum illis de Castello, et eos "vincere non potuerunt. Die martis, quarto aprilis, "Solarii cum amicis, et Ugo de Baucio, provincialis, "regis Roberti Siciliae senescalcus, et cum eo erant milites trecenti et pedites circa tria millia (*Comb. agg.* "qui *che manca in Mur., e che toglie il senso alla frase*) "ipsa die proeliati sunt cum illis de Castello a mane "usque ad noctem, et afflicti sunt illi de Castello (a mane.... Castello *è espunto in Comb.*), et ex eis capti "fuerunt plusquam mille; maior pars eorum fuerunt "de Monteferrato, et mortui ibi fuerunt circa triginta. "Tunc Philippus de Sabaudia victus, qui.... aliquos "milites habebat de suis in castro praedicto, venit cum "exforcio suo Pedemontium et Alexandriae. Philippus "haec sciens, veloci cursu reversus est in domum suam".

[2] Vv. 3871-3882. Atto di dedizione cit., 427: "dominus vgo de baucio.... Jn civitate astensi.... applicuit.... et.... prenominatus dominus Lanzarotus "(*nunzio di Enrico VII*) cum predictis de Castello et "eorum sequacibus de parte gebelina conflicti fuerunt "et expulsi de ciuitate predicta quibus de Jpsa ciuitate "expulsis Jpsi ciues posuerunt se rebelles et cum domino Philipo de sabaudia.... super terram astensem "hostiliter ascenderunt villas et castra eiusdem prodicionaliter et fraudulenter occupantes et cum per comune astense et partem nunc regentem in ciuitate "astensi.... ciuitas astensis et eius districtus et Jura "ipsius comunis deffendi non posint.... et nullo alio "modo seu via Jnuentis.... nisi modo Jnfrascripto videlicet submittendi.... Jpsam ciuitatem.... dominio.... domini Roberti dei gratia Jerusalem et sicilie "regis.... Idcirco.... in dictum dominum regem.... "transtulerunt ciuitatem Ast". La data precisa di quest'atto non si conosce: tutt'al più si sa che avvenne dopo l'8 di maggio del 1312. Esso fu edito parecchie volte: dal Pasini nell'opera ripetutamente citata (II, 144, sgg.), dal Promis nella cronaca dei Solari e recentemente dal Gabotto. Il Grassi ne diede una tradu-

Sic vrbs astensis, fuerat que li*bera quondam,*
Roberto regi subdita facta fu*it.*
Tum plures ipsa proscripti ex urbe *fuerunt*
Ciues ex multa nobilitate sati
Nec *non ex* populo; nam quinquagi*nta fuerant*
E*t quar*um tribuum dicta cate*rua fuit.*
Sed *Cast*ella domus fuit et gutu*aria Princeps*
Cunctarum, que tunc exul ab *vrbe foret.*
Et si forte virum numerum vis sci*re, ducenti*
Saltem urbem ciues deseruere su*am,*
Vt pacta ostendunt ea que cum ciuibus urbis A., *f. 82v*
Vgo senescallus nomine regis init[1].
*Nec tibi sit mi*rum si rex Henricus eisdem
Exulibus nullum prestitit auxilium;
Sique fuit passus quod rex Robertus eandem Mur., 1076
*Vrbem mu*nierit substuleritque sibi.
Namque sequenti anno, quum terra bella pararet
*Atque mari, v*ires accumulando suas,
Vt quem instar publici vite damnauerat hostis,
*Regis Rob*erti posset obesse solo:
*Non proc*ul egregia decessit ab urbe senarum:
Falsus ab incepto sic fuit ille suo[2].

[CAPITULUM IV].

*DE GES*TIS VGONIS DE BALZO SENESCALLI REGIJ
ET DE EIUS MORTE ET SEPULTURA.

Et quia Roberti regis fortissimus hostis
*Mont*isferrati Marchio semper erat,

v. 3885. proscripti] *in A è scritto fra le linee su* banniti *non cancellato* — v. 3888. Et] Ex *B;* Et Mur.: *in A la seconda lettera della parola è distrutta* — v. 3889. gutuaria] Guttuaria *B* — v. 3891. Et si] Etsi Mur. — v. 3892. ciues] *in B è scritto fra le linee* — v. 3897. eandem] eamdem Mur. — l. 23. Capitulum IV *om. A B C; è in* Mur. — ll. 24-25. De.... sepultura] *il titolo in A è scritto con inchiostro rosso* — l. 25. et sepultura] *in A è scritto fra le linee su* Nec non de gestis Raymundi [*de C*]ardona qui post vgonem fuit Senescallus *parole cancellate con inchiostro rosso* — v. 3905. Roberti] Ruberti *B*

zione italiana nella sua storia di Asti (2ª ediz., I, 256) ma ponendolo sotto il 1313. In Sella e Vayra, *Il Codice,* 120, la data della sottomissione a Roberto è assegnata all'8 aprile 1313 e, pure al 1313, in Vassallo, *Gli astigiani sotto la dominazione straniera,* 6-7 (estratto dall'Archivio storico italiano, S., IV, II, 1878); ma dallo stesso autore, nella recensione al libro del Gorrini, (pp. 371-372) al 17 aprile 1312, come pure in Gabotto, *Storia del Piemonte,* 68 e *Asti e Ventura,* 197; ma il Gabotto stesso, in *Atti della Società del Popolo,* 420, nota 1, rilevando che all'atto precedono due procure del 17 aprile e dell'8 maggio 1312, prova che esso non potè avvenire prima di quest'ultima data (Egli rileva anche che il 17 aprile 1312 non cadeva in lunedì come è detto nella procura, ma in martedì, e che per conseguenza forse invece di "xvii mensis aprilis" si dovrebbe leggere "xvi mensis aprilis". Ma non è il caso di far nessuna correzione perchè il 17 aprile 1312 era appunto di lunedì). Robolini, IV, I, 261 ha "nel "principio d'aprile [1312]". Ventura, 786, dice solo che gli Astigiani "fecerunt fidelitatem praedicto regi "Roberto" e aggiunge "anno MCCCXIV" ma la data è espunta in Combetti. Cf. la nota ai vv. 3907-3908.

[1] L'elenco degli esiliati si legge in Grassi, I, 261 sgg.; Gabotto, *Asti e Ventura,* 298, nota; *Gli Atti,* 448 sgg.

[2] Vv. 3899-3904. Ventura, 783: "MCCCXIII (*Salvai:* MCCCXIV) imperator paratus fuit cum militibus tribus millibus, et galeis de Ianuensibus viginti quinque, et de Pisis quindecim, et de Sicilia triginta, et volens ire super terram regis Roberti, quem banniverat ad perdendum vitam, si potuisset ipsum habere, ivit super posse Senarum, et .... obiit "ibi" ...

Viribus armorum mox accipit vgo casale
*Pro*geniemque feram pellit ab *inde ca*num [1].
*Jnde Ti*cinensem tendit sociatus ad *vrbem*
Vgo et Roberti iussa papia *subit* [2].
Sed quum transissent post annos mille trecentos
Jam terquinque, sibi capta papia fuit.
*Q*uam Mediolani multa cum gente Mapheus
*A*nguiger ingressus nocte silente fuit.
A. 1315 Nec mora: Ale*xandri retinens vrbs nomina Pappae*
Roberto est domi*no perfida facta suo,*
Et mox anguigero se *traddidit illa Mapheo,*
Inde viarisij subdidit ipsa *locum* [3].
Vgo sed vuilias, quargnantum, *deindeque boschum*
Et Castellacium solerium*que capit,*
Inde capit per vim, vastat *spoliatque Fibinas,*
Nam secum puteus trotus *et exul erat.*
At Marchus, mandante su*o genitore Mapheo,*
Cum multo in partes *milite venit eas,*
Et Castellacium per vim *boschumque recepit,*
Vuiliasque, et ea diruit igne *loca* [4].
Indeque nonnullos sunt prelia gesta *per annos*
Has inter partes, que memorare *graue est* [5].

v. 3909. Ticinensem] cinensem *in A è scritto fra le linee su* piensem *non cancellato* — v. 3915. Pappae] Papae Mur. — v. 3917. traddidit] tradidit Mur. — v. 3918. ipsa] ipse Mur. — v. 2923. Marchus] Marcus *B* Mur.

[1] Vv. 3907-3908. Ventura, 787: "comes Ugo, senescalcus, intravit Casale, et posito igne, afflicti sunt "Canes (*Mur. e Salvai:* Casalenses), et eorum sequaces, et multi eorum expulsi fuerunt inde ". Questo fatto, che secondo il luogo dove è narrato nel poema sembrerebbe avvenuto dopo la morte di Enrico VII e perciò dopo il 24 agosto 1313, avvenne invece dopo il giugno 1312 (il Ventura dice che avvenne dopo fatti accaduti nel giugno seguente alla dedizione degli Astigiani); ma l'Astesano non ha in realtà alcuna data. De Conti, *Notizie storiche della città di Casale e del Monferrato,* 59, 68, Casale, 1839, che aveva a sua disposizione, del Ventura, solo l'edizione muratoriana, non parla della famiglia dei Cani, ma rileva l'errore risultante dalla lettura del passo venturiano che aveva sotto gli occhi, nel quale la espugnazione di Casale veniva posta nel 1314, cioè dopo la dedizione degli Astigiani a re Roberto. Cf. la nota ai vv. 3871-3882.

[2] Vv. 3909-3910. Ventura, 787: "senescalcus praedictus.... eodem mense [septembri] iverunt Papiam. "Papienses fidelitatem fecerunt praedicto regi Roberto ".

[3] Vv. 3911-3918. Ventura, 792-793: "Mediolanenses, MCCCXV, mense novembris, circa auroram, "furtive Papiam intraverunt.... et facti sunt Papienses, tunc sub Maphaeo vicecomite tributarii, et regi "Roberto rebelles.... Eodem anno, et mense sequenti, "Alexandrini instabiles et seductores, et velut rota volubiles.... nolentes eorum mores mutare perversos "....infideles ac rebelles facti sunt regi Roberto.... "Ipsi vero Alexandrini ibi Maphaeo vicecomite convocato terram dederunt.... Posthaec.... obsiderunt castrum de Viarisio.... et foderunt eum taliter, quod "muri ruerunt ". Cf. anche la nota seguente.

[4] Vv. 3919-3926. Ventura, 793: "Sequenti mense "augusti.... Rizardus Gambateisa, et Hugo de Baucio "....iverunt ad villam de Ovigliis, et intraverunt ibi "pacifice. Simili modo intraverunt villas Quargnenti, "Solerii, Boschi et Castellacii, et villam Fubinis in- "traverunt violenter. Multi illorum de Putheo, et de "Trottis exierunt voluntarie de Alexandria. Audiens "haec Maphaeus vicecomes misit Alexandriam milites "plusquam mille. Marcus eiusdem filius ivit ad Boschum et Castellacium cum exercitu suo, et ibi violenter intravit.... et posito igne in dictis villis et in "villa de Ovigliis, succensae et destructae fuerunt omnes ". L'Astesano fa risalire il merito di queste imprese al solo Ugo del Balzo, tacendo il nome del Gambatesa. Il Muratori, leggendo, o per meglio dire, sostituendo nel verso 3918 *ipse* in luogo di *ipsa* attribuì ad Ugo non solo tutte le imprese descritte nei vv. 3919-3926, ma anche la presa di Viarigi, che va invece attribuita agli Alessandrini, com'era appunto il pensiero dell'Astesano, che con il pronome *ipsa* si riferiva alla "urbs retinens nomina Pappae alexandri ". Le stesse cose il Ventura ripete a c. 798: pare però che la fonte dell'Astesano sia piuttosto il passo della c. 793, infatti nell'altro non son nominati i Trotti e le imprese sono attribuite al solo Gambatesa. Tuttavia cf. la nota al v. 3934.

[5] Vv. 3927-3928. Cf. Ventura, 793 sgg., dove sono più diffusamente narrati questi fatti, semplicemente accennati in questi versi dall'Astesano.

Intulit vgoni princeps fera bella *Philippus*,
Montisferrati Marchio more p*ari* [1].
Se tamen ipse fuit tutatus ab ho*stibus illis*
Et patriam magnis uiribus vgo *suam.*
Ami*ssam* rippe villam uirtute rec*epit* [2]
E*t M*ontemgrossum [3], ne modo pl*ura feram.*
Ta*ndem qu*um decimus nonus post *mille trecentos*
Annus ab enixa uirgine matre *foret,*
Vgo senescallus virtute accepit et *astu*
Burgolium, regi supposuitque suo.
Dumque moram faceret illic, de mense dece*mbri*
Montem castellum forte petebat her*us.*
Cui tunc insidians Marcus fuit obuius hostis A., *f.* 83 *v*
De quo facta mihi mentio nuper erat.
Quumque Vgo paucis comitatus gentibus iret,
Cum Marcho vero milia multa forent:
Vgonem Marchus pugna superauit et illi
Plusquam viginti vulnera seua tulit,
Quum non terga daret, sed se defenderet armis
Vires atque animum more leonis habens.
*Mortuus est ig*itur media inter prelia magnus
Vgo, pro domino belligerando suo.
Astenses eius captum misere cadauer
Cum magno huc latum corpus honore fuit;
Quem non vrbs solum lacrimis defleuit amaris,
*Fl*euit et astensis patria tota virum;
Qui quoniam fuerat clemens et fortis et equus,
Atque suo cunctis tempore gratus homo,
Jnsigne astenses sibi constituere sepulchrum
Et dignum magno principe *Mar*moreum.
*Js iac*et in templo prope pri*mum al*tare minorum
*Frat*rum, quem tumulum cernere *quisque* potest [4].

v. 3933. rippe] Ripae MUR. — v. 3935. Tandem] Tamdem MUR. — v. 3944. Marcho] Marco *B* MUR. - milia] millia MUR. — v. 3945. Marchus] Marcus *B* MUR. — v. 3953. lacrimis] lacrymis MUR. — v. 3957. sepulchrum] sepulcrum MUR.

[1] Vv. 3929-3930. Alle ostilità fra Ugo e Filippo allude il capo LXXXIV del Ventura a c. 794; a quelle col marchese di Monferrato allude invece, probabilmente, il capo LXXXIII, in un passo che nell'edizione Combetti passa per interpolato.

[2] VENTURA, 800: "Astenses iverunt ad villam Rip- "pae, et praeliati sunt cam. Hugo de Baucio praeco- "nari fecit ibi quod *etc.*.... tunc omnes.... fortiter "praeliantes, intraverunt airalia violenter, et posito "igne in villa, tota succensa fuit „.

[3] VENTURA, 798: "Astenses cum praedictis (*cioè* "*col Gambatesa e coi suoi soldati*) iverunt ad Montem- "grossum, et violenter intraverunt dictam villam „. Ciò è narrato dal Ventura nel capo XCIII, quello stesso che ripete il racconto della c. 793, cioè delle imprese di Ugo del Balzo e del Gambatesa, ma attribuendole solo a quest'ultimo. Questo capo XCIII non par potesse essere la fonte dell'Astesano per i fatti riguardanti Ugo del Balzo compresi nei vv. 3919-3926, ma è certo la fonte per la presa di Montegrosso che non è ricordata altrove dal Ventura.

[4] Vv. 3935-3960. VENTURA, 803-804: "Tunc (*Mur. agg.* videlicet anno Domini MCCCXXI) Hugo de "Baucio intravit.... burgum Bergogli.... Quadam "die dominica secunda decembris (*Mur. agg.* dicti anni "MCCCXXI), dum iret ad Montem Castellum, occurrit "contra cum Marchus vicecomes qui tunc erat Alexan- "driae.... et afflixit cum in campo, et mortuus est ibi "habens in corpore suo vulnera viginti et plus. Tunc "Astenses miserunt pro eo, et sepultus est Ast hono- "rifice.... Ipsius Hugonis sepultura nunc est in eccle- "sia Fratrum Minorum Sancti Francisci in capella ma- "gna a sinistra parte (*Mur. agg.* plorantes cum viri et "mulieres „ (e cfr. *Introduzione*, p. LXVIII). La data della morte di Ugo del Balzo è [illegible] nell'A[illegible] [illegible]

Mur., [illegible]

[CAPITULUM V].

DE GESTIS RAYMONDI DE CHARDONA VICARIJ REGIS ROBERTI IN LOMBARDIA. NECNON VICARIJ JOHANNIS PAPPE XXIJ CONTRA MAPHEUM VICECOMITEM EXCOMUNICATUM.

Jnde in lombardas a Rege *vica*rius oras
  *Mi*ssus astensi rector in vrbe fuit
*For*tis et egregius miles Raymondus et audax,
  Qui de chardona stirpe creatus erat.
A., *f.* 84 r
Is facere vgonis *vindictam mortis anhellans*
  Anguigero domino *grandia bella facit.*
Montiscastelli villam capi*t et cremat illam;*
  Sic et alexandrij plurim*a castra soli.*
Terdonam ex pacto post intrat *et Occimianum*
  Quasque alias villas longa *referre mora est*[1].
At quia pontifici summo fer*us ille Mapheus*
  Et sancte eclesie perfid*us hostis erat;*
Ex quo bella sibi facieb*at Pappa Johannes,*
  Atque suis terris prelia *dura dabat*[2],
Nec pappam virtus raymondi clara latebat;
  Huic in bella suas contulit *ipse vices,*
Quum post exactos a Christo *mille trecentos*
  Et viginti annos vnus abi*sset item.*
Sic fuit eclesie pappeque vicar*ius iste*

---

